

aconum, & Turrecrem. hic num. 2. Et alios, qui cōmuniter exponunt de oblationibus spontaneis alioquin mercedem reciperent de sua iniqūitate, cui tamē obiectioni optimē satisfacit Suar. citatus.

**12 In textu, ibi. A sacerdotibus refutanda sunt.** Est hanc p̄c̄sa obligatio ministrorū ecclesiaz, cum peccatorū crimen ob quod arcentur ab offerēdis oblationibus, publicū, & notoriū est, nam licet peccatores, ut non possint offerre oblationes suas, indigeant sententia declaratoria criminis, cum hi canones respectu eorū contineant legem p̄nalem, nullo modo ipso facto incurriendam, tamen respectu ministrorum ecclesiaz, continent legem directivam, & obligant eos, antequā peccatores tales denuntiantur, ubi crimen notorium fuerit. Notat optimē Suar. ubi supra num. 14.

**31 In Glossa verbo, Dona.** Enumerat septē genera personarum, quibus prohibitum est oblationes offerre. Primum, dissidentium fratrum, secundum, pauperes oprimentium hīc. Tertium, sacrilegorum cap. divino 12. questione 2. Quartum, extrahentium servos suos ab ecclesia ad quam configuerant, cap. miror 17. quest. 3. Quintum, raptorum cap. super de raptoribus. Sextum, usurariorum cap. quia in omnibus de usuris septimum, p̄nitētium, cap. eos, quos de consecrat. distinet. 4. ubi addit hanc p̄nam extendi non debere, nisi quatenus reperitur delictum, quod idem est, ac non extendit debere ad alias causas, etiam si similes esse videantur, ut benē notarunt Turrecremat. & Sylvest. verbo, decima n. 8. & ibi Angel. quos refert, & sequitur Suar. super num. 9. & vide Panormit. in dicto cap. quia in omnibus num. 5. de usuris Suar. tom. I. de religion. lib. I. de cultu divino, cap. 6. num. 4.

**14 In eadem Glossa in fine, ibi, De meretrice.** Sentit ergo Glossa publicas meretrices non posse oblationes offerre, de quo vide Sarmient. de redditibus ecclesiasticis 4. part. cap. 5. num. 9. prop̄ finē. Expressae sacrae litteræ, huiusmodi meretricum oblationes recipi prohibēt. Deuteron. 23. n. 17. D. Thom. 2. 2. d. questione 86. articul. 3. ad primum, ubi eleganter dicit, in veteri lege tales oblationes propter immunditiam prohiberi. In nova autem lege propter scandalum, & similiter questione 32. articul. 7. ad secundum, eandem reddens rationem, cum propter scandalum, tum propter reverentiam, adduci etiam potest illud. Ciceron. lib. 2. de legibus dicentis. Non placari Deū dominis impiorum. Comprobat illud Ecclesiast. 34. num.

23. ibi. Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationibus iniquorum. Facit quod referatur in cap. non est. 27. 1. quest. 1. Quidquid enim (ait) in Dei sacrificio ex sanctis offertur, omnipotens Dei non placat iracundiam sed irritat. Accedit quod etiam in ecclesia videtur hoc fuisse prohibitum, nam Clemens lib. 4. constitutionum Apostolorum cap. 6. ait qui deliquerunt, & eos non paenitet delictorum suorum, non solum non exaudientur cum precatio[n]es faciunt, sed magis Deum irritabunt; probabile igitur huiusmodo ministeria oblationum: idem firmat. cap. 7. & 9. consonat Petri Damiani dictum, epistol. I. Dona, inquit, vel oblationes ab iniquo suscipere, quid est aliud, quam propriam animam, danis squatore fœdere, Similiter usurariorum oblationes despicit ecclesia: vide Paul. Fusc. de visitatione lib. I. c. 4. nū 10. Bersum, & Abb. dictis locis plurima exempla adducentes, in quibus eadem militat ratio; quæ tamen opinio Glossæ non admittitur. à Suar. citato, zumer. 8. Imò docet, secluso scandalo, bene posse ecclesiam oblationes meretricum suscipere, ut etiā aliorum peccatorum, licet publici sint, dummodo scandalum non detur, nec ipsorum oblata ita male parta sint, ut veris dominis restituvi debant, aut alijs operibus charitatis sint obnoxia, puta sustentationi parentum, filiorū, &c. de quibus Suar. num. 6. & 7. nec etiam ipsi ab offerendo prohibeantur, lege illum d. num. 8. facitq; pro eo regula ipsius Glossæ, quæ tradit, oblationes non esse reijciendas, nisi in casibus à iure expressis, atqui nec Glossa hunc calum excipit, nec alibi in iure excluduntur meretrices ab offerendis oblationibus, nam illud Deuteronom. cap. 23. ibi Non offeres mercedem postibuli, nec precium canis in domo Dñi Dei tui; quidquid illud est, quod vererit, quia abominatione est utrumque apud Dominum Deum tuum, & cæc. cum cœremoniale fuerit, cum ipsa lege desit, ex cap. translato de constituit, nec Authent. de lenonibus in principio collat. 3. adducta hīc ab Additione marginali, vim habet legis in materia, & p̄na ecclesiaca, ex ijs, quæ supra notavimus in cap. bine quidem à vers quibus maximè, & deinceps. Nec sententia Suar. est contra conclusionem S. Thom. 2. 2. dicta questione 86. articul. 3. ad primum, dicentis illicitum esse accipi oblationes meretricū, quia sanctus Doctor loquitur ibi, cum scandalum est, Suares vero secluso scandalo.

Vtrū oblationes interdicti p̄nitentis sint recipiendæ? Vide per Ioann Calderin. tractatu de censura fol mibi 12. col. 1. in fine ubi multos citans affirmativè resolvit.

## CAP. Neque. III.

## SUMMARIUM.

**T**unc Cain quare Deo displacevere, & que illa fuerint?

**2** Dissidentes dummodo sint in discordia, nihil eis prodest martyriū pro Christi nomine suscepsum.

**3** Simul sunt amor proximi, & amor Christi?

**I**n textu, ibi, *Neque ad Cain munera.* Itaque Deo munus Cain displicuit, quia cū fratre suo pacem non habebat; faciunt quæ notat. *Pater Suar. d. 1. tom. de relig. lib. I. de divino cultu c. 4. sub n. 1.* & ibi videbis, an oblatio Cain de fructibus terræ fuerit sacrificium, vel simplex oblatio?

**2** In eundē textu, ibi, *Tales et iāst occisi, &c.* Dicit textus quod isti discordan tes etiam si occisi fuerint in confessione Christi, adhuc macula ista (dummodo impoenitentes dicendit) non abliuetur, unde deduci potest illa conclusio, nempe absque charitate martyriū pro Christi nomine suscepsum, nihil ad meritum prodesse, aperte eam probat. *D. Paulus I. ad Corinth. d. cap. 13. ibi Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autē non habuero, nihil mibi prodest.* Vide *D. Thom. 2. 2 q. 124. art. 2.* in principio, ubi dicit, sine charitate nihil valere martyrium, sed ille, qui est divisus à proximo suo, sine charitate est; ergo nihil ei valebit martyrium abq; illa.

**3** Nec obstat aliquis dicens, hīc solum charitatem Christi intelligi, non autem proximam; Respondebitur enim, non bene stare charitatē Christi cum odio proximi, siquidem unū sine altero existere nequit, ut ipse Christus docuit legis Doctorem quendam ab eo quærentem, quale nam erat primum mandatum in lege, dicens. *Diliges Dūm Deum tuum ex toto corde tuo. & ex tota anima tua.* secundum autem simile est illi. *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.* Refertur apud *Marc. cap. 12.* & *Matth. 22.* & facit maximè pro hac conclusione quod advertit Hieronym. in his verbis *Secundum addit.* & si de primo tantum interrogatur, quod sine secundo non potest stare primum. Tandem probatur ex eo, quia iuxta doctrinā *D. Thom. 2. 2. dīcta q. 124. art. 3.* per totū martyriū est actus maximæ perfectionis, sed ille, qui est in odio proximi non est in maxima perfectione; ergo martyr non erit, ac proinde merita veri martyris non coaequetur.

CAP. Alienus. IV.

## SUMMARIUM.

**1** Murmurans à fratribus unitate reiectur.

**2** Murmuratio peccatum est mortale.

**3** Quæ sit differentia inter murmuratio nē, & detractionem?

**4** Murmurantes Christi crucifixoribus assimilantur?

**P**robatur textus reiiciendum esse à fratribus unitate, & consortio murmurantem, & detrahentem: vide *Bernard. Diaz. in p̄ad. criminali, cap. 6. num. 5.* non debet enim inter fratres admitti, qui mortaliter peccat ut bene advertit *Tursecr. hic num. 1.*

In textu, ibi, *Qui murmurat.*

Collige ex textu, murmurationem peccatum lethale esse, vide plenissimè *Navar. tom. 1. in cap. inter verba 11. quest. 3. conclusione 6.* à num. 1. & per totam, conducit quæ scripsit *D. Thom. 2. 2. quest. 7. art. 1. Caietan. in summa, verbo, detractio*, facit illud sapientiae 1. *Custodite vos à murmuratione,* qua nihil prodest, & plurimum obest, Adduces etiam *Alexand. Pap. relatum in cap. summa 16. quæstione 1.* *Summa*, inquit, iniquitas est detrahere. *Quo autem intellectu verba illa debent intelligi*, vide *Navar.* ubi proximè *corollar. 25.* facit etiam *Anacleti summi Pontificis dictum*, in c. *deteriores eads causa, & quæstione*, ubi dicit peiores esse eos, qui nobis subripiunt famam, quam qui subripiunt facultates.

Murmuratio, & detractione differunt inter se, nempe quia murmuratio nomen generale est, detractione vero solum comprehendit colloquia secreta, & non omnia de malis alienis, quavis nos eam aliquando extendimus ad colloquia publica, & de malis proprijs, vide *Navarr. d. conclus. 6. à nu. 17.* facit quod eleganter *Caietan.* respōdit 2. *tom. lib. 7. responso 13. super opuscula.* Cuidā ab eo scic̄tanti, cur nec à *D. Thom.* nec ab ipso in tota secunda secunda; ubi de omnibus, & vitijs agunt ulla sit specialis mentio de murmuratione? Respondit, vitium murmurationis non esse genus, neque speciem peccati per se distinctum ab alijs, quia reperitur in omnibus generibus, & speciebus peccatorum linguæ; tum etiam aliorum. Mirum vero est, quanta sit linguæ effronatae solutio ad alienam famam canino dente corrondandam; ita ut, neque dentium, neque labiorū

laborum muri illam undique circumvallantes ab incepto detractionis studio valeant amo-  
vère. Quibus linguae incommodis, Deus ipse  
humani corporis opifex volens obviare, illam  
decem muscularis, veluti potētissimis frœnis cir-  
cumligavit, ut ingeniose observat Petrus Lopez  
medicus Lusitanus in sua poesi Philosophica, lib. 5. in  
hanc modum.

*Stat frœnum, corpusq; ligans, vi raptæ superbo  
Imperio, iusti transcendat limina cursus.*

Verūm ea est multorum hominum ad detra-  
hendum pervicacia, imd pertinacia, ut nullis  
frœnis lingua edomita valeat coerceri, imd  
maiori in dies improbitatis contumacia furens  
debacchetur.

<sup>4</sup> Murmuratores, & detractores Christi cruci-  
fixoribus affimilantur; si in blasphemias pro-  
rumpunt, iuxta Glossam Psalm. 108. in his ver-  
bis, *Pro eo ut me diligerent, detrahabant mihi* (inquit  
Glossa) *plus nocent in membris detrahendis Christo,*  
*qui animas creditorum occidunt, quam qui eius carnem*  
*mox resurrectam peremunt, & vide NAVARR. d. 6.*  
*conclusione, corollat. 26.*

### C A P. Si quis monachus. V.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrio Abbatis relinquitur pœnitentia imponenda rixanti monacho.
- 2 Nomen, Monachus, quid importet?

**E**cce textus, ubi arbitrio Rectoris, vel  
Abbatis remittitur pœnitentia impon-  
nenda monacho rixoso, vel inferenti  
convitium alteri, eandem conclusio-  
nem habes apud Jacob. Menoch. d. lib. 2. de arbi-  
trar. centur. 5. casu 437. fr. Emmanuel. Rodrig. dict.  
tom. 2. questionum regularium, quæst. 31. art. 4. &  
eo magis eius maledicentia est coercenda, qui  
excitat seditiones in Ecclesijs, & claustris, ubi  
pax, & quies debet summopere observari, iux-  
ta ea, quæ scribit Conrad. Brun. in tract. de sedition-  
is, lib. 5. cap. 7. & ideo degradandum esse cle-  
ricum, qui in Ecclesia rixas fecerit, asserit Me-  
noch. de arbitrar. lib. 2. centur. 5. casu 437. Rodrig.  
ubi proximè; facit quod D. Thom. docet 2. 2.  
quest. 38. circa contentionem, an sit peccatum  
mortale?

**In textu, ibi, Monachus.**  
Hoc est solitarius, ac mestus, utrumq; enim  
significat nomen, *Monachus*; solitarius nempè,  
ad fruendam Dei conversationem; mestus ad

propria, & aliena peccata ploranda; ut elegan-  
tissimè advertit Navarr. ipsos monachos exhor-  
tando, d. tom. 1. in cap. Inter verba, conclus. 6. nu.  
15. fr. Emmanuel. Rodrig. tom. 2. q. 23. art. 7. & est  
textus in cap. Placuit, 16. quæst. 1.

### C A P. Desidentes. VI.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Episcopi inter se concordes esse nebent.
- 2 Timor Dei quid sit?

**I**n textu. Episcopi ad concordiam re-  
dire coguntur, turpe namq; est, ut episcopi, qui alios discordantes ad  
pacem reducere debent, ipsi inter se dis-  
cordent; his enim verbis alloquitur h̄ic Cardi-  
nal. Turrecrem. faciunt, quæ notat Bart. in l. Si cu-  
m̄ rei. 13. §. *Æquissimum, nu. 1. ff. de usu fructu, &*  
*vide Paris. de Puteo in d. tract. de Syndicatu, §. Syn-  
dicantur, fol. mihi 35.*

**Ibi, Timor Dei.** Timor Dei aliquā-  
do dicitur cultus  
Dei, qui timor pertinet ad perfectos; & manet  
etiam cum ipsa sapientia. Hunc timorem dat  
Deus fidelibus, Hierem. cap. 32. tradit Origen. su-  
per Can. homil. 3. alia congerit Hieronym. Lauretus  
in sylva allegoriarum, verbo, timere, fol. 920. & de  
timore Domini, & eius divisionibus tradit Suār.  
de virtute spei, disp. 1. sect. 4. nu. 3. & sequentibus.  
Non possum tamen hoc loco silens prætermi-  
tere, Dei timorem esse omnium bonorum ra-  
dicem, & virtutum omnium seminarium, no-  
stræq; salutis auctorem, ut optimè observavit  
idem Petrus Lopez citat. lib. 5. ubi ita.

*Est timor in Domino late spes una salutis,*

*Hic fortis omimos, fortia corda facit.*

*Multa quidem maiora forent scelerata omnia, pene*

*Ni timor ipse foret, suppliciumq; minans.*

### C A P. Studendum. VII.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Episcopis competit clericos, & laicos ad  
pacem vocare.
- 2 Episcopus in causis criminalibus mere  
criminaliter actis, non potest subdi-  
bos ad pacem trahere; & idem di-  
cendum in publicis delictis.

**I**N textu. Textus iste episcopos monet, ut potius studeant clericos, vel laicos ad pacem revocare, quam ad iudicium vocare, vide Gratianum regul. 251. & vide quæ diximus hac eam dist. cap. 1. nn. 1.

**2** In Glossa, verbo, *Ad pacem*, ibi, *Hec, & similia intelligo.* Intelligit ergo Glossa decisionem textus, quatenus habet, quod episcopus discordantes ad pacem trahat, procedere tantum in causis civilibus, non autem in criminalibus, in quibus merè crimina agitur, reddens ibi rationem, nempè quia peccata nocentium debent esse nota. Similiter in publicis delictis, in quibus si aliquid fuerit intentatum, vel per modum accusationis, aut inquisitionis, tūm debet Prælatus, absque tali compositione procedere, vide textum in cap. 1. de collusione detegenda, & ibi Panormitan. nn. 1. Felin. in rubrica de ireuqua, & pace, nn. 2. & Archidiacon. bīc, Marant. de ordine iudicior. part. 6. num. 55.

**CAP. Eorum. VIII.****SUMMARIUM.**

**1** *Dona eorum, qui pauperes opprimunt, in ecclesia non sunt recipienda.*

**2** *Verbum, Opprimo, quid significet?*

**I**N textu, ibi, *Qui pauperes opprimunt.* Ait textus refutanda esse dona pauperes opprimentium, vide Suar. d. tom. 1. de religion. lib. 1. de divino cultu, cap. 6. nn. 9. & quæ notavi ad cap. Oblationes, hac dist. Gregor. Lopez part. 1. tit. 19. l. fin. Glossa 1. 3. & 8. Abbatem in cap. Et transmisæ, de decimis, num. 3.

**2** *Ibi, Opprimunt.* Licet, opprimere, propriè sit obtere, l. Item Mela, §. Si plures, ff. ad l. Aquiliam, l. Si pecuniam, 5. §. ult. ad fin. ff. de conditione causa data; in presenti tamen accipitur pro gravari, ledi, molestari, sic etiam accipitur in l. Nec quidquam, 9. §. ult. ff. de officio Proconsulis, ibi. Opprimi aliquem per adversarij sui potentiam non oportet, & in l. l. §. 1. Cod. Ne licet potentiori, ibi, Tenuiores, qui sāpe importunis potentiorum intercessoribus opprimuntur.

**CAP. Placuit. IX.****SUMMARIUM.**

**1** *Sacerdotes debent monere reduci ad pacem eos, qui in odio diuinorum persistunt.*

**2** *Vtrum iudex possit partes litigantes ad concordiam cogere?*

**3** *Quid Bart. in hac questione sentit?*

**4** *Indices possunt partes ad concordiam cogere, quando lis per multum temporis duraverit, & à facili expediri non possit.*

**5** *In causa criminali, criminaliter mota indices non possunt partes ad pacem compellere.*

**6** *In causis criminalibus, in quibus transaction fieri potest, index partes ad pacem cogere poterit, & qua criminali sint?*

**7** *Quando imminet timor armorum, potest index partes ad pacem cogere.*

**8** *Index poterit partes ad pacem obligare, si sint personæ insignes, & illustres.*

**9** *Index potest partes cogere ad pacem, quando eorum discordia tendat ad præiudicium, & incommode alterius.*

**10** *Index non tantum secularis, verum etiam ecclesiasticus partes ad tranquillam cogere potest.*

**11** *Princeps potest subditos suos ad pacem compellere.*

**12** *Summus Pontifex potest duos Princeps discordantes ad pacem cogere.*

**13** *Magistratus cuius officio incumbit bonum publicum, & pacificus Reipub. status, potest subditos ad pacem cogere.*

**14** *Qui Autiores agant de materia nostri textus.*

**I**N textu. Adebat textus, qui probat monendos esse à sacerdotibus, reduci ad pacem eos, qui longinqua, & diurna obstinatione in odio proximi existunt, & si noluerint obedire, à fideliom cœtu arceantur: hunc textum, quoad hanc conclus-

conclusionem non esse oblivioni tradendum commendat Abb. in cap. ult. nu. 2. de maioritate. & obedientia, & cum notabilem appellat in cap. Cum pridem, nu. 6. de pactis, ceteris scribentes, maximè cum eo exultant Butrius, & Imol. in cap. ad finem, de mutuis petitionibus. Paulus, & Alex. in l. Quidam, ff. si certum petatur, idem Alex. in l. Si quis mibi bona, §. Iuxta, ff. de damno infecto, plures, quos refert Felin. in d. rubrica de treugua, & pace, nu. 4.

**2** Ex cuius textus serie, illa deduci quæstio potest, utrum scilicet iudices partes litigantes ad concordiam cogere possint? Pro parte affirmativa facit, quod ad iudices pertinet obviare causæ, ex qua aliquod malum possit contingere, docet Jacobus de bello visu, per textum ibi, in dict. Authent. de mandatis Principum, §. Deinde conveniens est. Lucas de Peñā, vers. Sed secundum ius Romanum, ad l. Unicam, Cod. publica latitiae, lib. 12. Paris. de Puteo d. tractat. de syndicatu, §. Syndicatur, 5. sub num. 3. Boer. d. tractatu de seditionis. num. 6. faciunt præterea, quæ diximus ad cap. Discordantes, supra, hac distinc. & hoc esse Irenarchorum officium, ait textus in l. Unica, Cod. de Irenarchis, lib. 10. nempè provinciarum tutellam agere, nec non pacem, & concordiam per singula territoria exercere; vide eundem Peñam in dict. l. Unica, & post Glossam ibi, Ioann. de Platea, Rebuss, & alios, & secundum Abbatem in d. rubric. de treugua, & pace, in principio, dicentem, iudicium esse, discordantes ad pacem reducere: ergo recte sit dicendum, iudices ad pacem partes cogere posse; facit tandem textus in cap. Novit, de iudic. ubi dicitur, ad Papam pertinere pacem reformare, ac proinde saltem Summus Pontifex poterit subditos ad illam cogere. Pro parte negativa, quod iudices partes ad pacem cogere non possint, stat Felin. in dict. rubric. de treugua, & pace, statim in principio, citans Abb. ibidem, & Bart. in l. Congruit, nu. 4. ff. de officio praesidis; adducitur etiam ab eodem Felin. Bart. in loco ab illo citato, dicens non posse iudicem compellere partes ad compromittendum in arbitratorem, neque ad transigendum, ergo ex hac Barthol. doctrina dicendum videtur, non posse partes obligari ad pacem, & concordiam. Similiter afferri poterit, quod Bald. & Angel. dicunt in d. l. Si cuius rei, §. Equisimum, alias l. Equisimum, ff. de usu fructu, quod scilicet iudex in civilibus potest hortari, sed non arctare, qua doctrina posita sic liceat argumentari; si iudex partes non potest arctare, ergo recte sit dicendum eas non posse compellere.

**3** Propter quæ fundamenta ad utramq; partem adducta fortasse. Bart. (& non inepte) in d. l. Congruit, num. 4. cum distinctione in hac quæstione procedit, dicens: vel discordiam esse inter duas civitates, & tunc iudicem superiorum posse partes suas interponere, & pacem

procurare; vel esse distinctionem inter privatos, & tunc iterum distinguit, aut enim causa criminalis, aut civilis est; in primò casu posse iudicem partes ad pacem compellere ait, non ita in secundo casu, sed eas monere; cuius distinctionis meminit Abb. in d. rubric. nu. 1. Quibus omissis, sic resolutivè pro utraque parte disputatis, ad totius quæstionis omnimodam resolutionem, sequentes conclusiones proponemus.

**4** Prima conclusio sit: Indices possunt cogere partes ad concordiam, quando lis per longum temporis spatium perduraverit, vel adeo intricata fuerit, ut de facili expediti non possit, ita communiter Doctores supra citati dictis locis, & præter eos vide Bald. in cap. Cum Ecclesia, Volaterrana de elect. in fine, ubi dicit, quod si res adeo dubia, & intricata fuerit propter diversas probationes, in contrarium compellentur partes ad compromittendum in aliquos cōmunes amicos, qui possint causam iudicare.

**5** Secunda conclusio. In causa criminali criminaliter mota, iudices non possunt partes ad pacem compellere; & probatur quia, quemadmodum partes non possunt in criminalibus regulariter transigere, ne crimina remaneant impunita, ita etiam non possunt ad compendium cogi; facit etiam pro hac conclusione, quod supra diximus ad cap. Studendum, hac eadem dist. & ibi cum Archidiacono, & alijs notavimus. Adde Felin. in d. rubrica de treugna, & pace, num. 2.

**6** Tertia conclusio. In alijs causis criminalibus, in quibus transactio fieri possit, partes ad pacem cogere iudex valebit; & probatur quia, leso, & damnum Reipublicæ semper evitari debent, iuxta textum in l. 1. Cod. de iure Reipub. lib. 11. & textum in l. Respub. Cod. qibas ex causis maiores, sed cogendo partes ad pacem in causis criminalibus, in quibus transactio fieri potest, damnum, & leso Reipub. tollitur, ergo bene poterunt iudices partes in hoc casu compellere. Minor probatur ex textus in l. Si quis ingenuum, §. fin. ff. de captiis, tradit Abb. in d. rubr. ubi pxi. Quæ autem crimina transigibilia sint, vide per Glossam, verbo, gratiam, in cap. 1. de collusione, detegenda. & Glossam in l. Transigere, verbo, prohibatum, Cod. de transact. cum alijs, de quibus Felin. d. num. 2.

**7** Quarta conclusio. Quando imminet timor armorum, & rixæ, possunt iudices partes ad pacem, & transactionem obligare; vide Angel. in Authent. Ut litigantes iurent, in fin. per d. l. Si cuius, §. Equisimum. ff. de usu fructu. Quemadmodum etiam in hoc casu possunt partes ad compromittendum cogere; vide Paulum de Castro, & Alexandr. in d. l. Quidam, ff. si certum petatur, quidquid in contrarium dicat Bald. in l. Ex stipulatione, nu. 2. Cod. de sententijs, & interlocut.

**8** Quinta conclusio. Possunt iudices compellere partes ad concordiam, quando est dissensio inter personas insignes, & illustres, poterit enim ex eo oriens Republicæ turbatio; vide plenissime Felin. in d. rubr. num. 7. per totum, & post eum Molin. de primogen. lib. 4. cap. 9. nn. 30.

**9** Sexta conclusio. Iudex ad pacem litigantes coget, quando eorum discordia tendat ad incommodum, & ad præjudicium alterius; exemplum refert idem Felin. ubi proxime, num. 8. ex Bart. & Oldiad. in l. 2. §. In his, num. 5. ff. de verbis obligat. nempe quando aliquis erat obligatus ad solvendum certum corpus ex obligatione generis debitum, debitores discrepabant in pari numero, tunc propter creditoris commodum concordare cogentur; multa prosequere circa huius conclusionis materiau*m* cū Felin. dict. num. 8.

**10** Septima conclusio. Index non solum secularis, sed etiam ecclesiasticus partes ad treuquam cogere potest; probatur conclusio ex illa ratione, de qua supra, cuia iudices possunt cogere partes ad pacem, sed magis est ad illam compellere, quam ad treuquam: ergo à fortiori ad hanc cogere poterit, quia treuqua est quædam quasi pax ad tempus, pax vero est in perpetuum, ergo fortior em rationem importat illa, quam illa, liquet ex textu in cap. Pastoralis, §. Item cym totum, de officio, & potestate iudicis delegati. l. Quæ de iusta. ff. rei vindicatione, optimè textus in l. Illicitas, §. Ne potestiores, ff. de officio præsidis, tenet hanc conclusionem Abb. in d. rubr. de treuqua, &c. num. 2. & in cap. 1. eiusdem tituli. num. 1. Felin. ibidem, num. 11. apud quos, & alios, quos ipsi citant, multa alia, quæ huic loco inservire possunt, videbis.

**11** Octava conclusio. Princeps poterit subditos suos ad pacem compellere, ita tenet Innocent. per textum ibi, in cap. Cum inter R. in principio ibi, Invium coegi, de elect. Abb. ibidem, num. 1. Passus de Castro in d. l. Quidam, ff. si certum petatur, cum reliquis supra citatis declarantibus hanc conclusionem, procedere in his, in quibus Princeps habet liberali administrationem, ut per Butrium in cap. 1. ad fin. de mutuis petitionibus, & vide Abb. in cap. Cum pridem, de pacis, num. 9.

**12** Nona conclusio. Summus, idemq; Romanus Pontifex, potest duos Principes discordantes ad pacem cogere; probatur conclusio, quia quavis potestas ecclesiastica principaliter, & directe sola spiritualia, & supernaturalia respiciat, poterit tamen se intromittere in temporalibus indirecte, & accessoriè, quatenus scilicet conducent ad bonum spirituale, & supernaturalie; ita post scribentes in cap. Novit. de iudic. & cap. Solita. de maiorit. & obedientia, tenet Bellarm. controversial. 1. p. lib. 4. cap. 6, controversial.

de Roman. Pontifice, & supra diximus ad cap. Si Papa, 40. dist. Navarr. in d. cap. Novit, notabil. 3. nn. 96. vide eundem Navarr. circa hanc conclusionem, de præ. & horis Canonic. cap. 19. à nn. 92. agentem de bello inito inter Carolum V. Imperatorem, & Franciscum de Vallois Gallorum Regem. Molin. de iustit. lib. 1. tract. 2. disput. 28. probat præterea textus in cap. Perveniabilitatem, vers. Rationibus, qui filii sint legitimi, ibi. Ceteris causis inspectis temporalem iurisdictionem casuiter exercemus, & infra melius dicemus. Sed Summus Pontifex cogendo Principes seculares ad pacem, potestatem suam circa spiritualia, & supernaturalia quodammodo exerceat: ergo bene poterit secularis Principes ad concordiam compellere. Probatur minor, quia quando Papa Principes ad pacem cogit, eos in charitate constituit (pacis enim fractio est contra charitatis præceptum) ac proinde Deo, qui est summa bonum supernaturale adiungit, ex illo Ioannis epistola 1. cap. 4. ibi. Deus caritas est; & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Probatur præterea eadem minor, ex dicto cap. Novit. de iudic. ubi dicitur ad Papam pertinere pacem reformatre, ut supra diximus, & tradit. Abb. in dict. rubr. de treuqua, & pace. Tandem probatur, quia quemadmodum Papa potest depolare Regem Regno suo, ex eo quod negligens fuerit in eo regendo propter bonum spirituale, quod inde sequitur, similiter poterit ex eadem ratione dare coadiutorem Regibus, ut in similibus casibus videbis per Navarr. in dist. cap. Novit, notab. 3, à nn. 99. & est textus in cap. Grandi, de supplend. neglig. prælat. lib. 6. cum sequentia. ita etiam poterit eodem modo Reges discordantes ad pacem cogere; siquidem bonum spirituale inde sequitur.

Decima, & ultima conclusio. Officialis cuius arbitrio incumbit bonum publicum, & pacificus Republicæ status, potest subditos ad pacem compellere; patet ex ea ratione, de qua supra, quia ex huiusmodi dissensionibus Republica maximè lreditur, ac proinde ad eius statum quietum tales discordias sedare convenient, ita post Bart. in l. Ambitiosa, ff. de desret. ab ordine faciend. tenet Abb. in sepe citata rubric. num. 3. Quibus conclusionibus sic præhabit, iam patet plenaria questionis solutio, & omnes casus in quibus iudex potest, vel non, partes ad pacem cogere; & inde solves argumenta pro utraque parte adducta, quæ procedunt secundum resoluta in superioribus conclusionibus. Primum enim adductum pro parte affirmativa procedit, & diluitur iuxta primam conclusionem, & sic intelligitur Abb. dictum in præallegata Rubric, in principio, etiam patet dictum cap. Novit, iuxta posita in conclusione 9. Argumenta vero adducta pro parte negativa procedunt regulariter, & in casibus, in quibus non

datur timor armorū, vel similia, unde pveniat  
damnum Republicæ, & sic explicantur dicta  
Balduſ. & Bart. ibidem relata, & procedunt om-  
nia iuxta secundam, tertiam, & quartam con-  
clusionem.

14 Ultra Doctores supra citatos ad materiam  
textus, & omnia ex eo deducta, vide Navarr. in  
Manual. cap. 14. à nu. 25. cum sequentibus. Padi-  
lha in rubric. Cod. de transactionibus, nūm. 14. Iason. in  
l. Quidam, nu. 4. ff. si certum petatur. Peres lib. 4. tit.  
8. ad l. 1. Ordinamenti, in Glossa, verbo, En los van-  
dos, vers. dubitatur, ubi plures refert. Cardos. in  
praxi, verbo, index, nu. 37.

## CAP. Si quis constitutus. X.

*S U M M A R I V M.*

- 1 Noscitur Fabianus Papa.
  - 2 Cogitur fratri suo, quis reconciliari sa-  
tisfacientiam iniuria.
  - 3 Tenerit dimittere rancorem ille, cui  
illata fuit iniuria sub pena peccati  
lethiferi.

bruarij, circa annum 251. sepultus in via Appia  
in cœmeterio Callisti; gubernavit Ecclesiam  
14. annis, mense uno, & diebus 11. Fuit vige-  
simus primus Pontifex in ordine. Præter Baron.  
ubi supra, vide Platin. in viis Pontificum, fol. 51.  
Onuphrium in Chronica Pontificum, in vita ipsius Fa-  
biani, Dominicum Tempella Romanum, eodem tractat,  
pagin. 107xliii. Bæt's ms. 67. fol. 17v.

In **textu**: Probat cogendum esse quem-  
piam reconciliari fratri suo  
satisfacienti iniurias à se illatae, vide optimè  
**Navarr.** hunc textum citantem cons. 3. de **punit.**  
& **remissionib.** p. n. 1.

In Glossa, verbo, *Satisfaciente.*

Vult hic *Glossa teneri iniuriatum dimittere rancorem*, quem adversus alterum habebat, propter iniuriam sibi illatam, quanvis de ea non sit satisfactus, quod sub peccati mortalis poena ponit *Navarr. d. consil. 3. nu. 2.* non tamen tenetur iniuriam passus sub peccato dimittere actionem iniuriatum; docet præter *Navarr. d. nu. 2. Molin.* multos citans, *de primogen. lib. 2. cap. 5, nu. 12. Ripa in l. fin. Cod. de revocand. donat. nu. 225.* doctissime *Suar. disput. 5. sect. 5. de præceptis charitatis. Salmeton iom. 5. tract. 36.*

## CAP. Præcipimus. XI.

S Y M M A R I V M.

- 1** Innocentius secundus, quis fuit, & quo tempore fuit electus?
  - 2** Episcopi tenentur sibi invicem consilium, & auxilium prabere ad pacem tenendam.

**I**N superscriptione, ibi, *Innocentius II.* Qui fuit Romanus è Reginone Transtiberina, ex familia Paparescorum, ut refert epitaphium eius monumento scriptum in Ecclesia Sanctæ Mariæ trans Tiberim, in hæc verba. *Hic requiescunt venerabilia ossa, sanctissimi Domini Innocentij Papæ secundi, de domo Paparescorum.* Electus fuit anno Domini 1139. imperante Lothario, Synodum maximam Romæ congregavit, mille ciceriter episcopis convocatis, ut testatur *Opus Triagens. episcopus, lib. 7. cap. 23.* ubi multa decreta præsidente eodem Pontifice emanarunt, inter quæ fuit textus noster, & alij, quos videre poteris cum multis huius Pontificis præclarè, tam in bello, quam in pace gestis, apud *Baron. tom. 12. anno Christi 1139. nn. 4. & sequentibus.*

Adder

Addit posita ad cap. Si quis nesciat, nn. 1. dist. 12.  
& ad cap. Decernimus, num. 1. distinct. 28.

**2** In textu. Precepit hic Pontifex, ut episcopi mutuum sibi consilium, & auxilium ad pacem tenendam praebant, faciunt, quæ supra diximus ad cap. Discordantes, & cap. Desidentes, supra, hac distinct. colligunt hinc Glossæ, & Doctores expectare ad iudicium ecclesiæ pacem inire, notant per textum ibi, in cap. 1. de treugua, & pace, conductus ad textum, quod D. Thomi 212. quæst. 29. art. 1. De pace scripsit Boet. decis. 40. num. 1.

### Ad textum in cap. Prælatum.

#### XII.

#### S U M M A R I V M.

- 1 Victor Papa quis fuerit?
- 2 Discordantes sub gravibus penitentia sunt cogendi ad pacem.

**I**N superscriptione, ibi, *Victor Papa*. Gubernavit Ecclesiam eo tempore, quo Ælius pertinax Imperator à Didio Juliano, & Didius à Lucio Septimo Severo fuerunt occisi; instituit ex Eleutherij sententia, ut festū solemne Pascha Dominico die celebraretur; idem quoque Victor prius decrevit, ut in quavis aqua baptismum petentes baptizarentur, si necessitas instaret, sive fontana, sive Rivali, aut maritima. Fuit genere Afer Felicis filius, creatus Papa anno Christi 194. Kalend. Iunij, Obiit quinto Kalend. Augusti, anno 198. sepultus fuit in Vaticano Appio Claudio Laterano, & Marco Mario, Marco F. Titio Ruffino Consule, sed sit in Cathedra annis 12. mense uno, diebus 28. Notat Platin. de vit. Pontific. fol. 25. Onuphius ibidem, Dominic. Tempel pag. 101. Baron. tom. 1. Annal. anno Christi 194. per totum, ubi plura de sancto Victore videbis.

**2** In textu. Quatenus probat obligados esse sub gravibus pœnis discordantes ad pacem venire, faciunt quæ habes notata ad cap. Placuit, per totum, & ad cap. Studendum, supra, hac distincta.

### DISTINCTIO. XCI.

#### CAP. Eleutherius. I.

##### S U M M A R I V M.

- 1 Puniantur clericis non recitantes divinum officium.
  - 2 Diffinitio horarum Canonistarum videtur.
  - 3 Clerici in sacris constituti, & beneficis, similiter religiosi, & moniales tenentur ad recitandum.
  - 4 Clerici minorum ordinum non obligantur ad horas dicendas.
  - 5 Obligati ad recitandum peccant mortaliiter non recitando totum officium, vel omittendo partem notabilem.
  - 6 Qui septem horas Canonicas recitare omisit, unum tantum peccatum commisit.
  - 7 Clericus excommunicatus, degradatus, & suspensus etiam tenetur ad recitandum.
  - 8 Virum tenetur quis recitare à tempore capita beneficij possessionis; an solum acceptæ collationis?
  - 9 Hora Canonica vigilia appellatur.
  - 10 Factum alienum potest quis promittere.
  - 11 An episcopus possit in sua diœcesi novam recitandi prescribere formam?
- I**N textu. Decidit huc Pelagius Papa debita obiurgatione compellendos esse clericos, nolentes quotidiano, ac divino officio in ecclesijs vacare. Quis debeat esse pena imponenda ab episcopis clericis nolentibus recitare in Ecclesia prædictum officium, vide Paulum Fusch. de visitatione lib. 1. cap. 20. num. 20. Bernard. Diaz in practic. terminal. cap. 40. nn. 1. & ibi Salzed. litera A.
- Ex quo textu multas quæstiones deducunt Doctores circa horas Canonicas, & in primis illam, nempe quid sint horas Canonicas? Omissis enim varijs definitionibus à Doctoribus traditis, quas videbis apud Ioann. de Lignano in repetitione Clem. prima, de celebratione Missarum. Cardinals Florentinum in eadem Clement. 1. quæst. 9. Albertum de Ferratis in repetitione cap. 1. eodem tit. Placet illa, quam adducit Ferratus, in princip.

huius distincti. nu. 1. scilicet. **Hora Canonica** est oratio publica, sub certo numero psalmorum, lectionum, & aliorum huiusmodi a sanctis patribus, ad laudem Dei ordinata, & per septem congruentes horas distributa. Omnes huius distinctionis particulas explicat idem Turrecrem. & eam approbat Navarr. in Manuali de horis Canonici cap. 7. num. 1. Addantur praeterea Marcel. Francolin. in tractat. de tempore horarum canon. Sol. de iust. lib. 10. questione 5. Medin. in codice de oratione. Sandoval de officio canon. Bellar. in suis controversijs tomo tertio ultima concrux. lib. 1. cap. 10. Jacob. de Graff in decis. aur. part. I lib. 2. capit. 50. Veg. in summa part. I. cap. 28. Emmanuel Rodri. in summa tomo primo cap. 140. & sequent. Valent. tomo tertio disputat. 6. questione 2. punctione 10. Petr. de Ledesma in summa part. 2. tractat. 9. cap. 4. Zerola in praxi, part. I. verbo, hora. Azor inst. moral. par. I. lib. 10. cap. 1. Carol. de Graff de effectibus clericalib. effectu 17. Lessius de iust. lib. 2. cap. 37. num. 41. Reginald. in praxi lib. 18. cap. 11. & lib. 30. tractat 3. num. 32. Vgolini de officio episcopi cap. 3. §. 1. Bonacina de horis can. disput. 1. quest. 3. punct. 3. num. 10. Filiuctus tom. 2. tract. 23. cap. 7. Ioannes Malderus de virtutibus tractat. 10. c. 2. Apud quos auctores multa de horis canonici eleganter discussa, disputataque invenies.

Secundum quæres, an clerici omnes teneantur ad horas Canonicas dicendas? In qua quæstione dicendum est, obligari ad huiusmodi munus clericos in sacris constitutos, & alios beneficium ecclesiasticum obtinentes, & religiosos, de quo vide Turrecrem. ubi proximè num. 6. Paludan. in 4. dist. 15. quest. 5. col. 1. & 2. S. Antonin. in 3. part. III. 13. cap. 14. §. 4. Paulus Fusc. de visitatione lib. 1. cap. 20. num. 16. Caietan in summa, verbo, Hora Canonica à principio, Sylvest. in summa, verbo hora à num. 3. per totum Soar. de Religion. tom. 2. lib. 4 de horis Canonici. cap. 16. num. 1. & cap. 17. num. 2. Navarr. de horis Canonici. d. cap. 7. à num. 1. cum sequentibus, dicentem communem omnium, facit textus in d. cap. 1. de celebratione misarum, textus in cap. quid ad te, & in cap. diversis fallacijs de clericis coniugatis, conducit D. Thom. 2. 2. quest. 18. articul. 5. Idem afferendum est, de monialibus profesijs, ut per Navarr. ubi proximè num. 21.

Ex qua quæstione colligitur primò, constitutos in minoribus non teneri ad recitandum, vide Sylvest. num. 3 in fine Navarr. nu. 12. Turrecrem. num. 4. dictis locis, ubi multa videbis circa hos clericos.

Colligitur secundò peccare mortaliter obligatos ad recitandas horas Canonicas, si desierint eas recitare, nulla iusta causa procedente. Vide Henr. quodlibeto 29. quest. 30. Paludanum in quarto dist. 15. quest. 5. col. 5. Sylvest. verbo, hora q. 12. quidquid contradicat. Vicardus Anglicus in eodem quodlibeto, de quo Angelus de Clavasio d. verbo, hora §. 10. Similiter dicunt de eo, qui omisit partem

notabilem horarum, incurrite peccatum mortale; ita Paludan. d. distinct. 15. quaff. 5. colum. 5. Ex eo, quia regulariter paria sunt, quoad peccandum mortaliter, omittere aliquod totum, aut partem eius notabilem, ut docet Navarr. d. cap. 7. num. 5. in fine, & cap. 5. num. 42.

Tertio quæres. Utrum omittens recitare septem horas Canonicas, unum tantum peccatum mortiferum committat, aut tot, quot sunt ipsæ horæ? Communiter respondetur unum solummodo peccatum committere, vide Sylvest. d. verbo, hora à num. 15. post multos, quos ibi citat, & est ratio, quia omnes illæ horæ sunt una tantum oratio, ac proinde qui eas omittit, unum tantum peccatum committit. Explicat tamen Navarr. d. cap. 7. num. 6. hoc non intelligi in illo, qui deliberat, & ex proposito omittit omnes horas, quia tunc toties peccat, quoties proponit non recitandum, in totum, vel in partem. Cui resolutioni illud omnino addendum est, peccatum mortale quod committitur in omissione divini officij, tamè gravius esse, quando plures horæ omittuntur. Vnde gravius peccat qui omittit matutinum, & laudes, quam qui solas laudes. Ita observarunt Jacob de Graff. lib. 2. cap. 51. nu. 14. Henr. in sum. lib. 5, cap. 5. §. 6. Emmanuel Rodri. cit. cap. 141. num. 16. Valeut. tom. 3. disput. 6. q. 2. punct. 10. Zerola, verbo, hora part. 2. §. 10. Flamin. de resignat. lib. 1. quest. 9. num. 8. Bellar. d. lib. 1. de bonis operibus cap. 18. Azor. d. lib. 10. cap. 7 q. 4. Petr. de Ledesma d. part. 2. tract. 9. cap. 4. Vasquez in opusc. de beneficijs, cap. 4. §. 1. artic. 2. dub. 5 num. 71. Filiuc. d. tract. 13. cap. 2. quest. 11. num. 248. Garcia de benef. part. 1. cap. 1. num. 132. Reginald. d. lib. 18. num. 145. & 156. Paulus Squillas de obligat. clericor. part. 1. dub. 33. num. 68. Ioannes Malderus d. tract. 10. cap. 2. dub. 3. Bonacina cit. disput. 1. q. 5. punct. 1. Lessius tamen d. lib. 2. cap. 37. dub. 9. numer. 53. tanquam verum existimat, tot committit peccata, quot sunt horæ canonice. Fateor magnam esse huius virtutis auctoritatem, non tamen illius religijs modo possum adhærente, imò contrariam opinionem omnino Veriorem duco.

Quartò quæres. An clericus excommunicatus tenetur ad recitandum officium divinum? Affirmative respondetur, dummodo tamen cu alio non recitet, neque dicat Dominus vobiscum, quavis Abbas, vel Abbatissa sit existens in suo monasterio; vide Archidrac. in cap. presbyterum. 28. dist. Silvest. num. 4. Turrecrem. hic num. 11. quicadmodum etiam non excusatetur a dicendo officium degradati, aut suspensi, huiusmodi enim tenentur ad ea, quæ sunt oneris, nō autem honoris, de quo vide Navarr. d. cap. 7. num. 17.

Quinid quæres. An teneatur quis ad recitandum à tempore accepta tantum beneficij collationis, aut nō aliter nisi captæ possessionis? Respōde Navarr. d. cap. 7. nu. 29. ex eo quod collationē acceptavit; illico ad recitandum quæpiā obligari;

contrarium tamen tenet *Suar.* d. lib. 4. cap. 19. num. 6. ubi plenissimè vide quæstionē, & hæc sufficiat prælibare, reliquas verò quæstiones ad materiam spectâtes de restitutione scilicet, & quomodo sit facienda, & de causis excusâtibus à recitandi obligatione, & similibus prosequere cum supra citatis, præsertim *Navarr.* & *Suar.* allegatis locis.

**9 In Glossa, verbo, Vigilia.**

Appellat ergo Glossa horas Canonicas vigilias (sic enim à iure vocari solent) ex eo, quia vigilanter, & non oscitanter recitari debent, de quo vide *Navarr.* de horis *Canon.* cap. 19. num. 1. consonat *Hosiens.* in cap. 1. de celebratione missarū per totum.

**10 In eandem Glossam, ibi, Sed dic quod bené potuit.**

Probat Glossa E-leutherium episcopum posse se obligare hinc pro suis clericis ad hoc, ut recitent; & consequenter posse quæpiam factum alienum promittere: circa materialem vide *Covar.* in cap. quanvis padum de actis in 6.2. part. §. 5. à num. 2. & 7. *Gutieri.* de iuramento confirmatorio 1. part. cap. 44 à num. 2. dicentem, communem opinionem esse. *Seraphinum* de privilegijs iuramenti privilegio. 87. *Felin.* in cap. ex rescripto de iure iur. num. 15. qui Glossam nostram singularē appellat.

**11 In eandem Glossam, ibi, Consuetudinem novam.**

Decidit posse episcopum in sua diœcesi inducerē consuetudinem, ut iuxta novam formam officium divinum dicatur, quā Glossam quoad hoc memorabilem appellat, *Navarr.* de hor. *Canon.* cap. 11. num. 27. ubi eam post alio tempore, sequutus fuit, nunc autem post publicationem breviarij Pij. Quinti maior est dubitatio de qua etiam vide posita ad cap. novit. distinction. 12. & ad cap. de ijs, num. 1. & 3. eadem distinet.

**CAP. Presbyter. II.**

**S V M M A R I V M.**

**1 Præceptum recitandi est in iure expressum.**

**2 Officium divinum debet recitari ordine non præpostero.**

**3 Præceptum recitandi adimpleret, qui simul omnes horas, recitat, dummodo sit ante medium noctem.**

**4 Septem sunt hora canonicae, & optimè fuerunt distributa.**

**5 Non est necesse quod matutina, & nocturni media nocte dicantur.**

**6 Vtrum peccet qui officium unius diei omittit pro officio alterius?**

**I N textu.** Ponit textus obligationem sacerdotum, & præscribit modū, & formam recitandi, unde colligitur in iure Canonico præceptum, & modum recitādi expressum esse, ut videre est per *Suar.* d. 2. tom. lib. 4. de horis. *Canon.* cap. 16. num. 7. & 8.

**In textu, ibi, Matutinali officio expleto, iuncto, ibi, Canendo Primam, Tertiam, Sextam, Nonāque persolvat.** Obligat textus hic ad recitandum officium hora debita, ordine non præpostero, unde si quis recitaret horam ante horam, veluti Tertiam ante primam, vel n̄ utando versus, aut Psalmos, peccabit mortaliter secundūm Paul. Fusc. de visitatione d. lib. 1. cap. 2. num. 19. Pelagium de plant. ecclesia lib. 2. cap. 27. *Navarr.* in *Manuali* cap. 25. ill. 97. & de horis *Canon.* cap. 1. numer. 2. Contrarium tamen tenet *Suar.* d. tom. 2. lib. 4. cap. 24. per totū, & de horis *Canon.* cap. 1. numer. 2. *Lessius* de ijs. lib. 2. cap. 37. n. 80. *Bonacina* de horis canon. disputat. 1. p. 4. num. 2. *Azor.* dicto lib. 10. cap. 10. quæstione 1. *Filiucius* d. cap. 8 quæstione 8. numer. 232. *Vasquez* in opusculo de benef. capit. 4. §. 1. articul. 2. dubius. 4. quam opinionem ego probabiliorem iudico; imò addo cum citatis auctoribus, eum, qui ab amico ad recitandam primam invitatur, quāvis nondum laudes, vel matutinum recitaverit, posse sine peccato ordinem invertere.

**In textu, ibi, Horis competentiibus.** An adimpleat obligationem recitandi ille, qui horas Canonicas simul recitet, non statutis horis, dummodo sit ante medium noctem? Affirmat *Navarr.* ubi proximè n. 49. in fine quidquid contradicat *Turce.* hic num. 3. Verūm quidquid dicat hic auctor, communis doctorum opinio tenet, tempus recitandi divinum officium incipere à media nocte unius diei, usque ad medium noctem alterius inclusiū; ideoque præceptum observabit, qui intra id tempus recitaverit. Ita *Suar.* d. lib. 4. cap. 27. num. 11. *Lessius* d. cap. 37. num. 79. *Azor* d. lib. 10. cap. 9. quæst. 5. *Filiucius* tom. 2. tract. 23. cap. 8. *Bonacina* disput. 1. quæst. 3. p. 4. num. 10. ergo nihil obricit hoc vel illo tempore recitare, dummodo fiat intra illud spatiū temporis præscriptum.

**In eun-**

**In codem textu, ibi, Septennarius sacratus numerus.** Ait textus, septennarium esse horarum Canonicarum numerum, atque sacram, quapropter distributum fuit convenienter divinum officium in septem horas, quas Canonicas appellantur, de quo etiam videndus Paulus Fuse. d. cap. 20. n. 11. commendans maximè hunc texum nostrum, & vide Navarr. de horis canonice. cap. 21. sub. num. 5. dicentem septem horarum Canonicarum institutionem esse antiquissimam, & congruissimam. Caietan. in summa, verbo, hora Canonica vers. Quoad secundum, & reliqui sunt multe, p. 2. tertio natus lacitumne Suar. d. tom. 2. lib. 4. cap. 6. per totum fundatur textus in autoritate Psalmi. cap. 18. ibi Septies in diem laudem dixi ubi.

**In textu, ibi, in fine, Ergo his temporibus.** Arguit hic Pelagius quod matutinæ, & nocturni non nisi media nocte sunt recitandi, hoc tamen non est ita precisum, ut debeat observari, immo aliter de consuetudine fuit introductum, vide Suar. d. lib. 4. cap. 15. & num. 2. & sequentibus Navarr. d. cap. 10. num. 50.

**Satis utile, & huic nostræ ætati necessarium duxi, illâ hoc loco resolvere questionē: Vtrum mortaliter an generaliter peccat, qui officium unius diei commutare pro officio alterius v. g. occurrit officiū feriæ quintæ, satis? quidem laborosum, illis præcipue, qui animo naufragando ad divinas laudes accedunt. Quæritur modò, utrum possit clericus (quorum multos nostra tulit ætas, aliæ magis, ac venationi, quam recitationi deditos) redimendi temporis causa, omisso illo officio, aliud feriæ tertius, vel feriæ quartæ recitare? Prima opinio affirmat talem clericum solum venialiter peccare, quia adimpleret præcepitum quoad substantiam, quævis deficit quod ad modum illud adimplendi. Hanc opinionem tuenatur Vasquez in oposculo de benef. cap. 4. duv. 2. Azor. d. lib. 10. capit. 10. questione 2. Lessius ac iust lib. 2. cap. 37. num. 77 Valentia tom. 3. disp. 6. questione 2. punt. 10. 6. Quid si recitandum Zerola in praxi episcop. part. 1. verbo, Hora canonica num. 6. Vega in summa. part. 1. casu. 117. casu. 57. Sylvest. verbo. hora quæstione 12. num. 15. Secunda opinio omnino contraria assertit in tali officio cum mutatione committi peccatum n. c. t. l. illam tenent Suar. d. lib. 4. capit. 11 numer. 6. & cap. 23. numer. 12. & 14. Garcia de benef. part. 1. cap. 1. num. 150. Reginald d. lib. 18. numer. 177. Bellum. tom. 3. lib. 1. controversial. 3. cap. 18. Etlinicus d. 11. q. 23. cap. 8 quæstione 2. num. 186. & capit. 7. quæstione 3. Taberna, verbo, hora quæstiones 10.**

Navarr. de orat. cap. 19. numer. 203. Jacob de Graffij. d. lib. 2. cap. 51. numer. 10. Bullarach. part. 1. lib. 1. cap. 6. concil. 6. Emmanuel Roang. in summa prima cap. 141. numer. 3. & quæst. regni. 10mo primo quæstione 42. numer. 8. feit. L. de sp. in summa parte. 2. tradit. 9. cap. 4. concil. 16. Ratio pro hac parte est, quia ecclesia non iudicat præcipuū diuinū officij recitationem in communī, & veluti in genere, sed præcipiā recitationem huius officij in particulari: eugo qui facit contraria. Vnde lat præcepit ecclesiæ in se gravi, & consequenter peccat mortaliter, fateor, diu an. p. tem, & incertum habuisse animum, in qua potius partem inclinari, dum pars iurisq; auctoritatis pondera decertabat. Si tan. c. 1. cum hominibus vere pijs. Deoque devous agendum sit, ego illos ad secundam opinionem amplectendam adhortarer, & sanè, quid homini dulcitus, aut optabilis potest interris evenire, quam cum D. misericordie colloquia, quæ coerunt dulciora, quo fuerint longiora. Quis præterea tanq; amenuit, aut intanq; invenerit homo, qui non pluris faciat, si Regem per longum temporis spatium alloquatur? Quid ergo de Deo sentiendum omnium. Regū Rege, & omnium dominantium dominatore, ad cuius numer. & sinus qui configunt, resu suarum eventus habent felicissimos. Andi Petrum Angelum Bargam in epigrammate ad Alexandrum Medicum, qui habetur folio. 377. libri Syriacos.

Ad proceres cali quicunque in parte receptos

Confugis. & supplex hic sibi poscis operi.

Irrita non semper sentit sua vota precesque.

Nec semper surdis auribus esse Deum.

### CAP. Clericus victum. III.

#### S Y M M A R T Y M.

1 Clericus tenetur ad recitandum, quævis habeat beneficium tenue.

2 Non prohibetur clericus exercere agriculturam ad sui sustentationem.

3 Clericus potest mercari necessitatibus causa.

**In textu.** Qui assertit posse clericum non habentem congruam sustentationem, victum, & vellitum sibi aliquo officio, vel agricultura querere, domino tamē officium divinum recitare non desinat, unde colligitur clericū teneri ad horas recitandas, quævis beneficium tenue. &

Y y z cius

cids aliquid in officiis habeat, vide Hosties.  
in cap. 1. de celebratione missarum, & in summa tituli  
de consecratione ecclesie. §. 6. à quibus verso dicitur  
dum S. Antonius. 3. pag. titul. 13. capit. 4. §. 1. Sylvester  
verbō, hora num. 3. Tārreterem. in cap. proximo nam  
§. bac distinct. Navari. de horis, Canonio. di. capit. 7.  
num. 27. Paulus Fūscido visitatione lib. 1. cap. 20. num.  
25. Azor. lib. 10. cap. 3. quæst. 3. Abb. in cap. suam nobis  
de finior. vltm. 10. Suar. 2. tom. de religiōn. lib. 4. de ho-  
ris Canonio. cap. 21. num. 6. quanvis non conser-  
trat in rigore huic opinioni. Tolet. lib. 2. institut.  
cap. 1. q. num. 4. Valent. 3. tom. disp. 6. quæst. 2. punct. 10.  
Arni. in summa, verbō, hora num. 1. licet contra-  
riam opinionē socii fuerint aliqui ex quibus  
fuit Sotus. lib. 10. de iustitia quæst. 5. art. 3. fr. Eman.  
Rodrig. in sum. cap. 140. num. 3. & alij, quos refert.  
Suar. ubi proxime num. 1.

## 2 In Glossa, verbo, *Agricultura*.

Non prohibetur Glossa posse clericum agriculturam exercere, quarendi victus causa, ut per Marantam de ordinē indic. part. 4. dist. 9. num. 65. pagiu. 147. Vnde colligitur agriculturam non esse artem sordidam, & ex illis, quæ prohibitur a clericis exerceri, ut afferit. Tiraquel. multis adductis de nobilit. cap. 32. num. 3. ubi tenet non amittere quempiam nobilitatem ex eo, quod agriculturam exercet, & ibi multa de huius artis præstantia numeris sequentibus videbis.

## 3 Ad eam Glossam, in Additio- ne, ibi. Sed ipsa mercatio debet es- se honestatis conscientia. Tenet ergo Glossa non posse clericos mercari, neq; negotiari, nisi interveniente iusta causa, victus scilicet, aut vestitus necessita- tis, vel similis. Hoc enim casu non dicitur clericum mercaturam facere, vide Strach. de mer- catura part. 3. num. 5. & 6. & part. 1. num. 53. faciūt quæ docet D. Thom. 2. 2. quæstione 77. articul. 4.

## 4 In Glossa, verbo, *Vigilijs*, ibi, *Cum de altario debeant vivere*. Opponit Glossa contra resolutionem prin- cipalem ad textum, de quo supra, & solvit ibi- dem; similiter solvit Navarr. de horis Canonico. d. cap. 7. num. 27.

## CAP. Clericus. IV.

### S V M M A R I V M.

**I** Clericus potest artificio aliquo sibi vi-  
ctum querere.

**I**N textu. Ait textus posse clericū sibi  
artificio aliquo victum quæ-  
rere. Vide Strach. de mercatura d. 1. part. num.  
53. cum etiam Apostoli hoc dēdignati. nō  
fūssent, ut de se ipso profitetur Paulus Ad Romanos  
20. ibi Ad ea, qua mihi opus erant, & his, qui mecum  
sunt ministriaverunt manus istae. refertur in capit. 1.  
21. quæstione 1. eandem nostri textus conclusio-  
nem probat Vivius tom. primo cōmun. opin. lib. 4. m.  
f. 1. numer. 43. verl. & concilium pagin. 565. Navarr.  
commento 2. de regular. num. 37. Neque viris San-  
ctis indecorum, aut ignominiosum est, ali-  
cuīus honestæ artis exercitio victum sibi quæ-  
rere. Nam D. Lucas pingendo, & Divus An-  
tonius terram colendo, fiscellasque iuncis te-  
xendo, congruam vitæ sustentationem per-  
quirebant. Quapropter clericis per factos ca-  
nones permisum est, opera rusticalia exerce-  
re; canistra vim inibus texere, humum lagoni-  
bus exhaustire; hortenses areolas dividere;  
plantas ordinatim disponere; foreulos insere-  
re, apum alvearia cavatis corticibus consuere,  
vineas amputare; domos reficere; retia piscā-  
dis piscibus cōstruere, & alia similia; dummodo  
ecclesiæ munera non impedianter, ut optimè  
observavit Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap.  
57. num. 27.

## CAP. Clerici. V.

### S V M M A R I V M.

**I** Episcopus debet pœnam imponere cleri-  
cis non recitantibus.

**I**N textu. Probat episcopos arbitrio suo  
debere imponere pœnam cle-  
ricis contemnentibus officium divinum reci-  
tare, ac proinde obligare eos ad fructuum re-  
stitutionem, de quo vide Dec. in cap. cum omnes  
de constitut. colum. 2. Angel. in summ. d. verbo, Hora  
Canonice. §. 5. Navarr. dicto capit. 7. num. 31. addu-  
centem decretum Concilij Lateranensis, sub  
Leone X. in quo hæc pœna fundatur. Sot. de  
iustitia lib. 10. quæstione 5. articul. 6. & ferè omnes  
supra citatos; præter eos conductit ad textum,  
quod notaſli ad capit. 1. hac distinctione in prin-  
cipio.

DISTIN-

## DISTINCTIO. XCII.

## CAP. Cantantes. I.

## SUMMARIUM.

- 1 In ecclesia non voce solum, sed corde est canendum.
- 2 Cantus ecclesiasticus incepit a tempore Divi Ignatij.
- 3 Multi cantum ecclesiasticum reprobarunt.
- 4 Musici ferè omnes sunt deperdite vita.
- 5 Reycienda est curiositas, & lascivia in canto ecclesiastico, & nimia modulatio.
- 6 Cantus organicus non est licitus regularibus.
- 7 Cantores canendo in ecclesia cantum organicum, peccant per Navarrum.
- 8 Theatrali more non est in ecclesia canendum, neque in ea ludos Theatrales decet exerceri.

**A**D textum. Adducit hic Gratianus authoritatem Apostoli ad Ephesios 5. qua probat in ecclesia non solum in voce, sed animo, & corde esse canendum, eandem resolutionem probat fr. Emmanuel Rodriguez question. regularium tomo primo quæstione 40. artic. 1. post principium. Navarr. de horis Canonice. cap. 13. num. 1. Alphonsus de Leon in servitut. sacerdot. col. 8. in principio. Spinus in Specul. testamentorum Glossa 3. principialis num. 67. facit præterea quod inquit D. Hieronym. relatus in cap. non mediocriter de consecrat. distinctione 5. ibi Non enim verbis tantum, sed corde orandus est Deus, & ideo melior est quinque psalmorum decantatio cum cordis puritate, & serenitate, & spirituali hilaritate, quam totius Psalterij modulatio. Adducit Cosmas in pragm. sancti tomo 2. tit. quando dicunt officia modulenur folio 128. column. 2.

**In textu, ibi, Cantantes.**  
Cantus in ecclesia incepit a tempore Divi Ignatij, ut ex Nicephoro in historia ecclesiastica, Soto, & alijs, refert frater Emmanuel Rodriguez. d. quæstione 40. artic. 1. statim in principio.

**In eundem textum, ibi, Non**

voce, sed corde. Ex his verbis Hieronymi non defuerunt, qui cantum ecclesiasticum vehementer oppugnabant. Hilarius quidam vir Tribunitius cantum ecclesiasticum spernebatur; huius Hilarij meminit Augustinus. lib. 2. retract. capit. 11. sed contra eum ex codem Augustino, & alijs Patribus comprobat latissime Stephanus Durantes de titulis ecclesia lib. 3. cap. 21. numer. 5. & sequentibus, & numer. 8. ubi huius textus meminit Concil. Trident. session. 23. cap. 18. Cæterum tales ad psallendum in ecclesijs constituti, debent esse quorum mens cum voce concordet.

Vetum Hodie musici, qui cantorum vide funguntur, dissolutissimi sunt, adeo ut adagium populo dederint musicè vivere, hoc est dissolute, & effeminate, ut clamat idem Duranti. numer. 9. 10 & 11. & Durand. in rationali divinorum officiorum lib. 2. cap. 2. num. 4. & lib. 5. capit. 2. numer. 65. & sequentibus, vide cap. clerorum num. 11. distinctione 21.

**In textu, ibi, Fauces dulci me dicamine lenienda.** Monet ergo D. Hieronym. cantores ecclesiasticos, ut honeste, religiose, & non lascivè in ecclesia decatèt de quo extat decretū Concilij Tridentin. de observandis, & evitandis in celebrazione missæ, sessione 22. Religiosum autem cantum judicat D. Bernardus in epist. ad Aremayen. Qui ita est gravitate plenus, ut neque lasciviam resonet, neque rusticatam; qui ita est suavis, ut non sit levis, ita demulcens aures, ut promoyeat corda sensum litteræ non evacuans, sed secundans, alioquin (aut) non est levis iactura grata spiritualis levitate, cantus adduci à sensu, utilitate, & plus sinuandis attendere vocibus, quam rebus insinuandis, quam epistolam reficit, & multis exornat Ioann. Maubur. in Roseto spirituali, distinctione 1. titul. 15. capit. 2. membro 2. §. 1. folio 149. Vnde cantare Domino pro vitijs subiugatis, pro adversis superatis, pro promissis pœniis antiquorum exemplo debemus, teste eodem Bernardo in expositione Cantorum, sermone 1. divinus ille Cantor hoc etiam probat Psalm. 32. ibi, Bene Psallite illi in vociferatione; non parva virtus est, ut in modo ipsius cantionis liberè fiat, quæ principaliter in ecclesia instituta est, propter excitandos piæ devotionis effectus, & ob gloriam divinæ cultus. In cantu ergo ecclesiastico pregeanda est curiositas, & vanâ fractio vocis, unde confitetur idem Bernard. in meditationibus cap. 11. Sape (inquit) ad sacrum ministerium vocem meam fregi, ut dulcis cantares, & magis delectabas in vocis modulatione, quam in cordis compunctione, Valde igitur erit evitanda in canitu ecclesiæ huiusmodi curiositas, quam etiam prohibet exortavagans doctrina sanctorum Patrium de vita, & ho-

nesta, clericorum inter communes vers. nonnulli.

**6** Et ideo bene resolvit idem fr. Emman. Rodrig. ubi proximè, non esse licitum apud regulares cantum organicum in divinis officijs, quia potest insurgere aliqua occasio peccandi, imò peccatum committere cantores, qui in missa, & horis Canonicis cantum organicum canunt, dicit Navarr. de horis Canonic. cap. 16. num. 32. cum sequentibus.

**7** Multa de cantu ecclesiastico scribit fr. Emman. Rodrig. ubi proximè, & de eius prohibitione. D. Thom. 2. 2. quæst. 91. artic. 1. & sequenti, disputans an in laudibus divinis debeant cantus assumi.

### 8 In Glossa, verbo, Theatrales.

Collige ex Glossa non esse in ecclesia canendum theatralico more, id est, corporis gestus exercendo, quos magis ostentationes causa, quā devotionis faciunt, veluti histrionis, & comici, vnde ait D. Chrysostomus homil. 19. in capit. 6. Matthei in hæc verba. Cum autem oratis non gestibus corporis, neque clamoribus vocis, sed intentione optimæ voluntatis orationum vota reddamus, similiter D. Thom. 2. 2. d. quæst. 91. artic. 2. ad secundum, intelligit D. Hieronymus in nostro textu reprehendisse eos, qui theatralico more in ecclesijs divinas laudes decantabant, de quo vide etiam Durant. lib. 3. cap. 21. numer. 8. Fuscum de visitat. lib. 1. cap. 26. sub num. 1. ubi episcopos monet, ne in ecclesijs, & divinis officijs theatrales ludos exercere permittant.

### CAP. In sancta. II.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Diaconi non debent assumere officium cantorum in ecclesia.
- 2 Ad ecclesiæ cantores sunt eligendi homines probatae vita.
- 3 In ecclesijs profana cantilena non debent decantari, quanvis sint honestæ.
- 4 Non erit decantandum in ecclesia iocose, & cachinanter?

**5** **I**N textu. Damnatur textus consuetudinem, quæ in curia Romana inolevit, per quam Diaconi sibi officium cantorum assumebant, cum ipsi deberent solum inter missarum solemnia evangelicam lectionem decantare; vide Suer. optimè ad

hunc nostrum textum, & eius resolutionem d. tom. 2. de religion. lib. 4. de oratione vocali capit. 9. §. nu. 4. vers. Quarto dicimus, ubi varios huius textus enumerat intellectus.

**In textu, ibi, Quare congrua vita negligatur.** Deducitur ergo ex his verbis Pontificis, eligendos esse ad ecclesiæ cantores homines probatae vita; non autem deperditæ. Adverte cum Durant de ritibus ecclesia lib. 3. cap. 21. num. 9. 10 & 11. unde Lindan. lib. 4. Panoplia. cap. 78 hos depictos cantores è choro deiici optabat, propter morum cum divinis laudibus dissonantiam, & è contrario in ecclesijs cathedralibus cantores psalmorum intelligentes, & Deum vita simul, & voce moderata, potius quam in condito garitu laudantes, eligi cupiebat.

Ex quo sequitur non esse in ecclesijs profanas, licet honestas, cantiones decantandas, quia Deo non placet spirituali gravitati divini officij profanas, & leves cantilenas miscere.

Similiter non iocose, & cachinanter in ecclesia decantare debetur, de quo vide Navarr. de horis Canonic. cap. 16. num. 43. ita etiam debent divina officia, præsertim defunctorum missas, non festinanter celebrare, sed debita reverentia, ita ut audientes non deturbetur, vide eudem Navarr. ubi proximè, num. 22.

### C A P. Non liceat. III.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Episcoporum est eligere divini verbi predicatores.
- 2 Ipsi etiam Episcopi debent ex officio predicare in sua diœcesi non verò in aliena, idemque de parochis sentiendum,

**I**N textu. Colligitur ex hoc textu ueros doctrina sanos, & morum probitate conspicuos ab episcopis esse eligendos, qui predicatores, & divini verbi seminatores, concionandi munus, cum animarum utilitate, valeant exercere. Concil. Trid. sess. 5. de reformat. cap. 2. Quando igitur non fuerit in contrarium immemorialis consuetudo, pastorali episcoporum solicitudini incumbit predicatores deputare. Zerola in praxi episcop. par. 1. verbo, predicatio, §. 7. Franciscus Leo in thesauto fori

fori Eccles. part. 1. cap. 8. num. 4. Amendat. in addit. ad recopil. legum Navarra lib. 4. tit. 30. l. 3. de prædicato-ribus sacra script. numer. 2. Campanil. in divers. iuris rubr. 12. cap. 13. num. 13. & 14. Vnde colligit Ar- mendat. citatus, num. 21. In ecclesijs cathedrali- bus nihil posse capitulum in electione cōcio- natoris, sed integrā illius electionem, & de- putationem penes episcopum versari. Nam optimi est pastoris felicia pascua, & herbosos montes suis ovibus omni cum solertia inda- gare; constat verò sanctum divini verbi præ- dicationem esse pabulum animabus saluber- rimū; ergo id muneris episcopali inhæret cu- ræ. Deinde, episcoporum est, errantes oves ad Christianæ religionis præsepio adducere: sed teste D. Chrysost. homil. 5. ad popul. Antioch.) magna est divini verbi efficacia ad animas Deo con- vertendas: ergo prædicatores eligere munus est episcoporum. Tandem D. Gregor. lib. 1. epist. in dictione 9. capit. 24. ingeniosè observavit, ideo pastoralem baculum esse proprium episcopo- rum insigne, quia illum maximè decet Evan- gelij verbo oves pascere.

2 Neque solūm episcoporum est, conciona- tores eligere, ad Dei verbum in toto suæ diœ- cessis ambitu disseminandum; sed ipsi etiam episcopi debent esse præcipui Evāgelij, sacręq; doctrinæ buccinatores, ut colligitur ex citato Tridentini loco, & sess. 5. de reformat. cap. 5. Campanil. in diversorio iuris Can. rub. 12. cap. 13. num. 13. Blasius Viegas in cap. 2. Apocal. sess. 7. & D. Hieron. apud eun- dem sect. 1. Quanvis autem cap. In novo distinc. 21. habeatur, maximum esse episcoporum privile- gium, per totum mundum prædicare, ex Doc- toribus tamen constat, id maximè decere intra propriam diœcesim, quia extra illam non illis conceditur prædicatio, cum possit prohiberi ab ordinario eiusdem diœcesis. Quod ita fuisse declaratum per Clement ollavum refert praxis nova episcop. part. 2. cap. 3. num. 16. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 20. num. 23. Aloysius Riccius in decis. Curia Ar- chiep. Neapol. decis. 180. part. 2. & in praxi fori eccles. decis. 543. in 1. edit. & resolut. 465. per totam in 2. edit. Campanil. cit. num. 7. in principio. Stephanus Gratian. disceptat. forens. cap. 393. à num. 9. Præci- pua verò tempora, in quibus debent episcopi prædicare, vel ad id muneris contionatores destinare, sunt tempus Quadragesimæ, & Ad- ventus, prout ex Concil. Tridentin. sess. 24. de re- format. capit. 4. aperte deducit Amendat. citat. numer. 28. & 29. De obligatione parochorum ad Evangelium prædicandum vide Navarr. in man. cap. 25. num. 135.

## CAP. Si quis ordinatus. IV.

## S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus non receptus ab ecclesia, ad quā fuerit electus, non potest exer- cere officium Pontificale in ea diœ- cesi, ubi existit, quanvis possit sa- cerdotale munus exercere.
- 2 Episcopi titulares non possunt in aliena ecclesia ordines celebrare, neque alia Pontificalia exercere, absque li- centia episcopi loci, sub pena suspen- sionis ab officio per annum.
- 3 Episcopus licet non sit titularis, non po- test in aliena ecclesia Pontificalia exer- cere, neque ordines conferre il- lis, qui non sint subditi episcopo loci illius, in quo ipse est, absque licentia proprij episcopi.
- 4 Episcopus conferens ordines in aliena diœcesi suspenditur.
- 5 Non potest Episcopus in loco exempto pontificalia exercere, absque licen- tia superioris loci, & Ordinaryi, in- tra cuius diœcessis fines sit locus ille exemptas.
- 6 Que veniant nomine Pontificalium?
- 7 Insignia Pontificalia, que sint?
- 8 Propter scandalum minuitur, aut remit- tur omnino pœna delinquenti.

**I**N textu. Episcopus, qui non recipitur ab ecclesia, ad quam fuit electus, & ordinatus, propter populi cōtentionem, vel aliam similem causam, non autem ob culpam suam, non poterit in diœcesi, ubi existit, offi- cium episcopale, sed tantummodo sacerdotiale exer- cere. Notat. Propositus hic Turrecrem. ibidem, nu. 5. illicitum enim censetur exercere episco- pam ordinis potestatem, & similia in aliena diœcesi, ut advertit Covar. variar. resolut. lib. 3. cap. 20. sub num. 3.

Ex quo colliges primò, episcopos ecclesiarum existentium in partibus infidelium, qui titulares, seu annulares appellantur, non posse quempiam ordinare, vel alia officia episcopa- lia exer- cere, absque licentia episcopi loci, ubi commoratus fuerit, sub pœna suspensionis per annum, ab exercitio Pontificalium vide Aluijs. Ricce, in praxi fori ecclesiast. resolut. 495. in notabilibus

de materia episcoporum nam. 1. & 2. Henr. in summa lib. 14. cap. 17. §. 4. in fine, littera A. Azor institution. moral. part. 2. lib. 3. cap. 48. quastione 6. Galer. in Margarita casum conscientiae, verbo, episcopus pag. 100. novissime Augustinus Barbosa de officio, & potestate episcopi part. 2. allegat. 6. num. 1. Trident. sess. 14. de transformatione cap. 2. Franciscus Leo. in Thesauro fori ecclesiast. part. 3. cap. 8. num. 16. epit. 1. cap. 4. numer. 24. faciūt quae notat Vgolin. de officio, & potestate episcopi cap. 4. §. 14. numer. 4. & sequentibus. Gonçalves tamen ad regul. 8. chancellaria Glossa 43. num. 199. & 200. dicit, episcopos non receptos à sua diœcesi propter impiorum proterviam, posse omnimodam iurisdictionem exercere extra suam civitatem, petita licentia Episcopi loci, quanvis non obtenta, per textum in Clement. unice de foro competenti; Sayr. de censuris lib. 2. cap. 21. num. 28. in fine. At Garcia negat posse huiusmodi episcopum alternativa uti, tom. 1. part. 5. §. 10. num. 469.

**2** Colliges secundò, episcopos quanvis non titulares, existentes in aliena diœcesi, non posse pontificalia exercere, neq; ordinare personas non subditas illi ordinario, in cuius diœcesi existunt, absque licentia proprii episcopi, ita Trident. sess. 6. de reformat. cap. 5. Navarr. cons. II. de cleric. excommunicat. numer. 1. & sequentibus. Cened. ad Decret. collectan. 52. Guierr. Canonicar. lib. 1. cap. 26. num. 26. Flamin. de resignat. lib. 1. quast. 17. num. 17. Petrus Ledesma in summa part. 1. de sacrament. ordinis, capit. 8. conclusione 4. dubio 4. Praxis episcopal 1. part. verbo, Archiepiscopus num. 2. pagin. 16. & part. 2. verbo, episcopus pagin. 45. Barbosa d. allegat. 6. num. 10. Salzed. ad Bernard. in practic. cap. 26. littera A. Armen. in additionibus ad Recopilat. legum Navarra in lib. 1. titul. 18. l. 7. Campanil. in diversior. iuris Canonici. Rubric. 9. capit. 5. numer. 6.

**3** Colliges tertio, episcopum, licet non annularem, ordinantem personas alterius diœcessis, aut alia pontificalia exercente, absque licentia ordinarij loci, ab officio episcopali esse suspendendum, vide Trident. d. sess. 14. de reformat. cap. 2. Campanil. d. Rubr. 6. cap. 1. & 2. & Rubr. 9. c. 4. & 5. per totum, ubi in principio ait huiusmodi episcopum peccatum committere. Barbosa ubi proximè d. allegat. 6. num. 4. Navarr. d. consil. II. Salzed. ad Bernard. in practic. d. cap. 26. in Glossa verbo, sine licentia sui presulis, vers. tertius casus est. Bonacina de censur. disputatione 3. quastione 6. punto 5. num. 21. Tolet. in summa lib. 1. capit. 9. num. 3. Henr. in summa lib. 13. de excommunicat. cap. 38. §. 2. num. 1. nec ab hac suspensione liberatur episcopus, qui inadvertenter in aliena diœcessi calices, & corporalia benedicit, vide Navarr. ubi proximè in practic. episcopal 2. verbo, episcopi n. 2. Leonem in Thesauro fori ecclesiastici part. 3. cap. 8. num. 15.

**4** Colliges quartò, non posse episcopum, aut

titularem, aut non titularem conferre ordines, nec pontificalia exercere in loco exempto, siue licentia superioris loci, & episcopi illius diœcessis, intra cuius fines locus exemptus constitutus sit, Refert sic decisum fuisse Aluys. Ricci. in praxi fori ecclesiastici post resolutionem 495. in nobis tabilibus de materia episcopi. Galer. in Margarita casum conscientiae d. verbo, episcopus pagin. 100. Amend. d. loco numer. 35. & num 68. Barb. d. allegat. 6. numer. 12. & 13. cum sequentibus, ubi plura videbis.

Nomine autem pontificalium, venient ordinum celebratio, chrisma, virginum, seu Basilarum consecratio, & similia, notat post Glossam verbo, à pontificalibus in extravagans suscepiti regiminis de elect. Barbosa ditta allegat. 6. numer. 5. & alij, quos ibidem refert.

Insignia pontificalia, quibus episcopus vittatur, sunt mitra, chirotecæ, baculus, dalmatica, & sandalia, vide Isidor. Moscon. in suo tractatu de mag. militariis ecclesie par. 1. lib. 1. cap. 8. vers. ornamento, Campanil. d. Rubr. 9. cap. 5. numer. 3. quibus addit Muzzettā cappam pontificalem, & galero, quem dicit duplicis formæ debere esse; alterum simplicem, & alterum quo utatur in solemnibus comitatibus equitando, utrumque tamen ex lana fabricatum, & serico, viridiisque contextu exornatum, iuxta modum ceremonialis, lib. 1. cap. 3.

In Glossa, verbo, iudicare, ibi, **Nisi scandalum timeatur.** Inquit Glossa posse excommunicari populum, qui episcopum non recepit, si iuslā causam non proponat, dummodo ex tali excommunicatione scandalum non timeatur; ergo propter scandalū minuitur, aut omnino remittitur pena delinqüenti; notat Tiraquel. ex hac nostra Glossa in tract. de paenit. cap. 46. num. 1.

### CA P. Si quis episcopus. V.

**1** Episcopus non receptus à populo, ad quæ fuit electus, non potest ius alterius episcopatus assumere.

**2** Potest redire ad primum episcopatum translatus ad aliud, & in illo non receptus.

**E**piscopus qui non accessit ad ecclesiam, cuius est, licet non sit sua culpa, nō poterit aliquid

aliquid iuris sibi assumere ab ecclesia, in qua existit, de quo vide posita ad cap. proximum, supra, quæ omnia hic adaptantur.

**In textu, ibi, Honoris sit, & ministerij particeps.** Ex hoc datur illa questio. Vtrum episcopus translatus ad episcopatum, in quo non fuerit admissus absque culpa sua, possit iterum ad primum redire? de quo vide Rebuffi in praxi beneficiorum fol. 306. num. 12. affirmat abb. conf. tot. num. 1.

### C A P. Si qui episcopi. VI.

#### S U M M A R I V M.

**1. Deponitur episcopus, qui voluerit vim inferre presulibus aliarum parochiarum.**

**2. Non vacat beneficium episcopi promoti ad episcopatum, à quo non fuit receptus.**

**3. Non potest deponi nisi per Papam episcopum, qui episcopatum renuntiavit.**

**4. Quomodo frat hæc depositio tñ iure antiquo, quam noviori spectato.**

**I**n textu. Si episcopus nominatus ad ecclesiam, à qua nō fuerit receptus, voluerit occupare alias ecclesias, & vim inferre earū præsulibus, debet de poni ab episcopali dignitate, nō autem à sacerdotali, in qua ante erat.

#### In vers. *Ubi prius fuerat.*

Collige ex textu, quod ille, qui fuit promotus ad episcopatum, & non fuit receptus à populo, non caret beneficio antea obtento, ex eo, quia non possidet episcopatum, ad quem fuit electus, ac proinde non vacat primum beneficium. Vide Cardinal. in Clement. in plerisque, & Quid si Licentiat. num. 3. de electione. Ex qua doctrina hanc statue certam cōlusionem. Beneficia obtenta vacant ipso iure, per promotionem ad episcopatum, solum post adeptam possessionem, & cōsecrationem, vel postquam præfixū consecrationis tempus elapsum fuit. Trident. sess. 7. cap. 9. & sess. 23. de reformatione capit. 2. Lambertinus de iure patronatus part. 1. lib. 2. quest. 6. art. 15. num. 9. Hojeda de incompatib. benefic. part. 1. cap. 4. num. 3. Pui. decis. 438 n. n. et 1. & 3. lib. 2. Flamin. de resignat. lib. 3. quastione 1. num. 76.

Petr. Greg. de benefic. cap. 24. nn. 10. Anastas. Germon. de indultis Cardin. 9. Si verò num. 20. Azor. inst. mor. part. 2. lib. 7. cap. 16. quastione 12. Alojs. Riccius in decis. part. 4. collect. 866. Ioann. Cochier. ad reg. 24. Canceller. num. 26. Vgolin. de officio & pot. epis. cap. 1. 9. 2. num. 3. Camill. Borrel. in summ. omn. decis. titul. 21. num. 84.

**In Glossa, verbo, Dignitate, ibi, Non potest eum deponere in memoriam pristine dignitatis.**

Collige ex Glossa, non posse deponi episcopū, qui renuntiavit episcopatum, nisi per Papam, ex eo enim quod causa cessavit, effectus tamē propter reliquias, & vestigia pristine dignitatis nō cessarunt, sic limitata regula cap. cum cessante de appellat. ut ex hac Glossa notat Felin. ad multos casus, & eam notabilem vocat in cap. que in ecclesiā de constitut. num. 115. Hypol. singulari 179 Tiraquel, cessante causa limitatione 15. num. 5. & limitat. 16. num. 5. ubi multis citat. Iam vero generaliter loquendo, episcoporum depositionem ad solum Summum Pontificem spectare, constat ex cap. Quod translationem 4. & ibi Glossa, verbo, reservata, de officio legari, & Glossa, verbo, pertinere, in cap. Si. ut. 8. de excessib. prælat. cap. Inter corporalia de translatione episcopi, Vbi postquam dixit Innocentius, matrimonium: spirituale inter ecclesiam, & episcopum dissolvi per translationem, depositionem, aut cessionem voluntariam: mox subiuxit, & ideo ita hoc, quæ premisimus, non tam constitutione canonica, quam divina institutione soli sunt Romano Pontifici reservata. Abbas in cap. Grave nimis de probandis numer. 4. & in cap. non potest de re iudicata numer. 5. Avila de censur. part. 4. disp. unica dub. 2. concil. 1. Azor. inst. moral. part. 2. lib. 5. cap. 35.

Quo loco etiam advertes, ad episcopum deponendum necessarium esse numerum septuaginta duorum testium, cap. præful, cum sequenti. 2. question. 4. similiterque in eiusdem purgatione, cap. omnibus, 2. quastione 5. Felin. in d. cap. non potest num. 10: Que madmodum vero in episcopi depositione, causa cognoscenda est, à duodecimi episcopis, & à solo Papa dissimilēda, ita etiam si episcopus de criminis iniuste accusetur, nō potest absolvi à dictis duodecim episcopis, sed absolutionis sententia à solo Papa est pronuntianda. Glossa, verbo, nō tam en dissimile, in cap. accusatus 3. quastiones 6. Abb. in cap. non potest, num. 5. de re iudic. Adde posita ad cap. 1. distinctione 84. numer. 7.

**C A P.**

## CAP. Si quis episcopus. VII.

## SUMMARIUM.

1. Cogetur episcopus ire ad episcopatum, quem accepit.
2. nomine communionis in hoc sensu, uenit solum communio corporis, & sanguinis Christi.
3. Tempore primitiva ecclesie nomine communionis, sola communio corporis, & sanguinis Christi intelligebatur.
4. Quotidie in Primitiva ecclesia fideles communicabant.
5. Intelligitur cap. Engeltruda 3. question. 4.
6. Intelligitur cap. penultimum de sententia excommunicationis.

**I**n textu. Probat textus cogendum esse episcopum, qui episcopatum accipit, subire ministerium sibi commissum, & ad ecclesia ad quam fuerit ordinatus accedere, facit pro hac resolutione ratio illa quam hic optime assignat Cardin. Turrec. quia quo semel consentit, cogi posset, & quod prius erat voluntarium, post susceptionem sic necessarium, argumento lexius in cap. horrendus 32. questione 2.

**2. In textu, ibi, Communione priuari.** Id est corporis, & sanguinis Christi, vel aliorum sacramentorum, quae connotat excommunicationem minorem, non autem communionem fidelium, quae accipitur pro excommunicatione maior; iuxta decisionem textus in cap. penult. de sententia excommunicationis, & in cap. 2 de exceptione. & quae late post ordinarios explicat. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 1. Covar. in cap. Alma 1. part. in initio numer. 3. & alij gelati ab Henr. in summa lib. 13. capis 2. Pater Suar de censur. disput. 8. sect. 2. Sartus eodem tractatu lib. 1. cap. 4. num. 18. & novissime Marcus Alterius eodem tractat. lib. 1. cap. 5. & facit pro hac nostra resolutione Glossa 1. in cap. 1. de concessione prebenda, textus in cap. cum qui 7. quast. 1. ibi Se participatione sacra communionis noverit esse privatum, sic explicans, & intelligens ad nostrum propositum Glossam istam Imot. in d. capit. 1. de concessione prebenda num 2. & multis late confirmat Rebuff, in enucleo de reprobata beneficij viventis impetracione à numer. 1.

Extat tamen contra textum, & illius resolutionem, quod loquitur solum de communione, qui terminus generalius est, & comprehendit non solum communionem sacram corporis, & sanguinis Domini, sed etiam externam fidelium, atque etiam media suffragiorum, & sacrificiorum ipsius ecclesie, ut late explicant Pater Suar d. disputas. 8. sectio. 1. numer. 6. & post antiquiores, & recentiores late Sartus lib. 2. in predicti judiis à principio.

Quo tamen fundamento non obstante, defendi optimè potest nostra resolutionis, si ad vestas tempore Primitiva ecclesie (quo congregatum fuit Concilium Antiochenum, ex quo textus iste emeritus) nomine communionis intelligi solum participationem corporis, & sanguinis Domini, & consequenter nomine excommunicationis, seu privationis communionis ecclesie, solum intelligi illis temporibus minorem excommunicationem (grave enim tunc existimabatur eadem privari) quia usus sacra communionis frequens erat, quotidie enim communicabant, teste Iacobo de Graff. de arbitrar. confessior. lib. 1. cap. 3. num. 1.

Vnde ita Doctores communiter intelligunt textum difficultem, in cap. Engeltrudam 3. quast. 4. ubi in priori parte de excommunicatione minori agens (ait secundum communem) separare à fraterna communione, & sacra participatione corporis, & sanguinis Domini. In posteriore vero agens de excommunicatione maior, sub nomine anathematis, ait separare ab ecclesie corpore. Explicat bené totum discursum, Henr. 4 lib. 13. cap. 3. num. 2. iuncta littera P. cum sequentibus, sequitur Alterius d. lib. 1. disputat. 1. cap. 5. post principium, quo posito facile defenditur resolutionis nostra, licet enim textus simpliciter agat de communione, recte resstringitur ad excommunicationem minorem, & solam privationem participationis corporis, & sanguinis Domini, iuxta vnum illum Primitivæ ecclesie.

Nec replicabitur ex textu, in d. cap. penult. de sententia excommunicationis, ubi nomine excommunicationis, dicitur venire maiorem excommunicationem, quia respondetur, quod textus iste est Gregorij IX. qui sedem Apostolicam tenuit circa annum 1230. ut constat ex PP. Chronologie. Concilium vero Antiochenum multis retro temporibus, ante Gregorium fuit congregatum, anno scilicet Christi 361. ut constat ex supradictis in cap. quoniam, & in cap. Prima num. 7. 16. distinct. ac proinde tempore Gregorij aliter decisum fuit, ac erat in tempore Primitiva ecclesie, & nostri textus.

## CAP. Si quis episcopus. VIII.

SUMMARY.

- 1 Episcopus subreptitiè intrusus in aliena ecclesia, debet reiici a bea.
- 2 Vtrum ecclesia, in qua Episcopus sic fuit intrusus, teneatur eidem restituere quidquid ipsi ecclesia donavit.

**I**N textu. Probat textus non posse episcopum subreptitiè irruere in ecclesiam, ad quam non fuit electus, etiam si populus, quem seduxit, desideret illum, & à tali ecclesia esse reiiciendum. Faciunt ad materiam quæ notasti supra in cap. si qui 6. hac distinctione notat Brichard. lib. 1. de primatu ecclesia capit. 39.

**2 In Glossa, verbo, Irruerit.**  
Excitat Glossa questionem illam, an scilicet si episcopus intrulus conferat aliqua bona ecclesiæ, sint ne eidem restituenda? Affirmative respondet Turrecrem. hic num. 1. & sequitur opinionem Glossæ, per textum in cap. quod à te vers. sanè de cleric. conjugat.

## CAP. Si quis presbyter. IX.

SUMMARY.

- 1 Vtrum clerici teneantur ex obligatione in choro communiter recitare.
- 2 Deputatus ecclesiæ in hoc textu quomodo intellegitur?
- 3 Matutina, & vespertina hora comprehendunt hinc totum divinum officium.

**I**N textu. An quilibet clericus teneatur ex vi obligationis, recitare divinum officium publicè, & in coniunctu in choro? Vide optimè suar. d. 2. tom. de religione cap. 10. à num. 1. cum sequentibus, ubi doctissime questionem disputat, explicando nostrum textum. Navarr. in Manual. cap. 25. numer. 97. & de horis Canonice. cap. 7. num. 2.

**2 In text. ibi, Ecclesiæ deputatus.**  
Hoc est illi addictus, ad hoc, ut in ea tale mu-

nus exerceat, ita contra Glossam 1. in præsentis explicat Suar. ubi proximum 9. & 10. Durant. de ritibus ecclesia d. lib. 3. cap. 21. num. 4.

Ibi, *Matutinis, vel vespertinis horis.* Nō intelliges hīc solum obligari clericum ad dicendas has horas, sed totum canonicum officium, notat Suar. d. cap. 10. num. 2.

## CAP. DISTINCTIO. XCIII.

CAP. Si inimicus. I.

SUMMARY.

- 1 Adulatoris sunt reiiciendi à Principum consilijs.
- 2 Adulatio hebetat, & obcœcat ingenia.
- 3 Superioribus semper erit obtemperandum.
- 4 Vtrum Papa excommunicetur communicando cum excommunicato.

**I**N textu, ibi, *Cum illo nolite amicis esse.* Responendi sunt igitur adulatores, & à Principum consilijs maximè arcendi, in ò ut hostes fugiendi, ut per multa quæ ex sacris litteris affert, firmat Cassan. in consuetudib. Burgund. in proæmio Glossæ, verbo, Ordonne numer. 9 fol. 19. pagin. 1.

Adulatio enim hebetat, & obcœcat ingenia, & intellectum, sine quibus non possunt recte consilia Principibus præberi. Adulator scorpio est, qui palpando incedit, sed cauda ferit, ut dicit Gregor. super Ezechiel, cap. 9. & vide quæ diximus ad cap. nihil, num. 3 supra distinctione 83.

**2 In eundem textum, ibi, Obedire caperit monitis præsidentis.**  
Ergo superioribus semper erit fætina ter obediriendum, melior enim est obedientia, quam violencia. Ex 1. Regum cap. 15. & notat Paulus Fusca de visitatione lib. 2. cap. 15. num. 98. Plura, & eleganter dicta lege apud Perez lib. 1. Glossa 1. colum 2. in princip. titul. 5. lib. 8. ordinament. Azevedo lib. 8. num. 6. titul. 23. lib. 4. & lib. 1. num. 6. cum sequent. titul. 5. lib. 8. novæ recipil. Ioan. Baptista Fin. de regulis iuris hom. 31. & 32. & merito Joannes Climacus capit. 4. obediens.

obedientiam vocavit tutam navigationem. Quemadmodum enim in navigatione, quanvis intumescent fluctus, semper tamen, etiam dormientes procedunt: ita qui alijs obedit, semper in virtute proficit. Adde præterea, obedientiam in Angelis concordiam conservare, in monachis tranquilitatem nutrire, in civibus pacem generare.

## CAP. Miratus. II.

## S V M M A R I V M.

**I** Vix factum attamen factum censemur.

**I**N Glossa, verbo, **Vix**. Ait Glossa, quod vix fit, attamen fit: Notant præter Bartol. in Glossa vix certissimis. de iudiciis Augustin. lib. 2. emendationum, cap. 9. Iaann. Robert. lib. 3. sententia rum iuris, cap. 26. Rewardus lib. 3. variat. cap. 17.

## CAP. Qui cathedram. III.

## S V M M A R I V M.

**I** Ecclesia fuit in ipsius Petri persona fundata.

**I**N textu, ibi, In principio. Cathedram Petri super quam fundata est ecclesia. Collige ex Cypriano in praesenti, Christum in persona Petri designata ecclesiam catholicam fundasse, per illud Matthæi, cap. 16. in hæc verba. *Tibi dabo claves ubi possumus Dominus locutus fuit Petro, dicens: Beatus es Simon Bariona, statim addidit. Tibi dabo claves, tanquam designans personam ipsius Petri, ad hoc, ut illi claves traderentur.* Comprobatur optimè Bellarmin. tomo primo de Roman. Pontific. lib. 1. capit. 12. per totum plenissime, & de ecclesia militante lib. 3. cap. 5. colum. 494. Melch. Can. de locis theologic. lib. 6. capit. 3. vers. hanc probat, ubi multorum Patrum testimonij hoc firmat.

## CAP. Iuxta Sanctorum. IV.

## S V M M A R I V M.

- 1 Teneatur episcopus per se, vel per suos procuratores limina Apostolorum visitare.
- 2 Episcopi immediati subiecti sedi Apostolice, tenentur limina Apostolorum singulis annis visitare.

**I**N textu. Probat teneri episcopos per se, vel per suos procuratores, limina Apostolorum Petri, & Pauli visitare, vide circa texium Baron. tom. 9. Annal. anno Christi 743. num. 19. Anno Zachar. Papa 2. & Constantini Coproni Imperatoris III. qui integra verba textus refert, & de exemplo sancti Bonifacij limina beatorum Apostolorum frequenter ex Anglia visitante, vide eodem tom. anno Christi 725. num. 13. Adde Sayr. de censur. lib. 4. cap. 12. numer. 33. Bonac. eodem tit. disp. 3. quæst. 6. punct. 5. num. 32. Alterius de censur. disp. 16. cap. 3. vers. nono. Memor. cleric. tit. de suspensi. episcopor. num. 24. Anatol. Germon. de iudicatis Cardin. in fine. Barbos. de officio, & pot. episcopi part. 3. allegat. 112. num. 41. qui omnes latè agunt de hac obligatione, quam habent episcopi visitandi Apostolorum limina, de quo etiam diximus ad cap. si quis 8. distinct. 165. num. 1. & 2.

**I**n textu, ibi, Singulis annis.

Intellige hoc procedere in episcopis immediate subiectis sedi Apostolica, quod scilicet hi tenentur singulis annis limina Apostolorum visitare: ita explicat, & intelligit nostru textu Glossa verbo, singulis annis in cap. Ego de iure iurando. Tenentur tamen omnes episcopi sui Pontificatus anno primo (si episcopus Italus sit tertio quoque) limina Apostolorum visitare per se, vel per nuntium certum in dignitate ecclesiæ constitutum, aut dicæsanum suum, & de suo episcopatu summo Pontifici rationem reddere, sub poena suspensionis ingressus ecclesiæ, & administrationis tam spiritualium, quam temporalium, nec non à perceptione fructuum suarum ecclesiæ, ita post Bullam Sixti V. quæ incipit Romanus Pontifex, latam anno Domini. 1585. decimo Kalendas Ianuarij, docet Bartholom. Vgolin. in d. tractatu de officio, & potestate episcopi cap. 3. num. 8.

## CAP.

## CAP. A subdiacono. V.

## SYMMARIVM.

1. Quæ fuerit olim, & quæ sit hodie Cardinalitia dignitas.
2. Vtrum Abbates sint inferiores omnium aliorum ecclesie Dei ministrorum?
3. An clericus dignior sit quolibet monacho?

**I**N textu. Vide quæ circa intellectu notat Tiraquet. de nobilitate cap. 28. nam 16. In textu ibi. Cardinalis urbis Roma; Quod erat antiquitus officium Cardinalium, & multa circa illorum excellentiam, potestatē, & dignitatem, nunc vide post infinitos relatos à Cened. ad Decretal. collectan. 115. à num. 1. usque ad numer. 6. Viger. constitutionum Theologicar. capit. 7. §. 1. vers. 11. Gravas. ad Octavian. de stylo Curia lib. 1. cap. 1. à numer. 7. Bellarmin. tom. I. de clericis lib. 1. cap. 16. Barbatus de praestantia Cardinalium. Lelium Zechium de Republica ecclesiastica titul. de statu illustr. Cardinal. per torum. Omnimodum novissimè. Sebastianum Casarem in relect. de eccl. Hierar. per totam disput. 2. & addit. quæ supra scripsimus ad cap. 1. num. 6. supra dist. 2. 3.

**2.** In textu, ibi, Ostiario Abbas. Ergo videbatur dicendum Abbatem inferiorē esse omnibus alijs eccl. siæ ministris; sed respondet textum intelligi de illis Abbatibus, qui non erant constituti in dignitate clericali, sed tantum laici, ut olim esse solebant, de quibus Navarr. nostri textus memor cons. 1. de statu monachorum.

**3.** In Glossa verbo, Abbas, ibi, vel forte. Videtur deduci ex Glossa quemlibet clericum dignorem esse quolibet monacho; Explicat, & prosequitur Flosculus clericorum part. 2. num. 109. Vnde colligit Petrus Dam. lib. 4. epistolar. epist. 3. ad Cunib. episcop. Taurin. ante fin. pen. §. quod quaniō maior est presbyter monacho in dignitatibus ecclesiastica privilegio, tanto deliriū est in peccato.

## CAP. Diaconi. VI.

## SYMMARIVM.

1. Quale sit Diaconorum officium.

.1 AD

**A** Signat textus Diacono quid ad eius officium pertineat; de quo vide Durand. in Rationali divinorum officiorum lib. 2. iii. de Diacono cap. 9. ubi officium Diaconi, & unde illius nomen dirivetur, & modū eos ordinandi ponit; similiter Trostius de perfecto clericis. lib. 1. cap. 22. sub. num. 3. & sequentibus, notat textum nostrum Paulus Fusius de visitat. lib. 2. cap. 3. numer. 48. & vide quæ latè scripsimus ad cap. Diaconus 2. numer. 2. & sequenti supra dist. 23.

## CAP. Sacerdotes. VII.

## SYMMARIVM.

1. Quanta sit sacerdotalis dignitas.
2. Olim Regiae dignitatis sacerdotium coniunctum erat.
3. Sacerdotes publicis officijs fungi debet.

**I**N textu. Vocat textus sacerdotes sal ter. & lumen mundi, unde colligitur excellētia, & suprema sacerdotum dignitas, quam enarrans Gregorius Nazianzenus in Apolog. sacerdot. ait: Sacerdotes cum Angelis scire, & Archangelis glorificare, ad superum altare sacrificia transmutare, & cum Christo sacerdotio furgi. Multa de eorum dignitate, & pietate invenia, tū ex patribus, tū ex consiliorū decretis adducit Durant de ritibus eccl. lib. 2. c. 5. n. 2. & sequent. sequitur Durand. ubi supra tit. de sacerdote lib. 2. c. 10. num. 11. & 12. dicens in eccl. nullum hoc ordine excellentiorem esse, faciunt quæ docet Zech. de Repub. ecclesiastica Rubr. de clericis numer. 1. & 2.

Quapropter Reges olim sacerdotes erant, quasi demonstraretur dignitatem, & autoritatem. Regiam non constare, nisi per unionem sacerdotij, & ideo Melchisech Rex, & sacerdos fuit. Genes. cap. 14. ibi Melchisdech. Rex salem, & sacerdos Dei altissimi. Paulus ad Hebreos c. 7. unde dixit D. Tho. in eadē epist. sacerdotiū, & Regnū simul uniri. & Plato lib. 16. de Regno pag. 8. col. 2. in fine, loquens de Egyptis ait: Apud Egyptos non licet Regē absque sacerdotio imperare, quinimo si ex alio genere quispiam Regnum usurpat, cogitur statim fieri sacerdotem, ut Rex possit esse. Sic similiter Ioann. Regin. lib. 3. cap. 5. de antiquis Romanor. assertit, apud Grecos, & Romanos non dividii sacerdotium à Regno. Consule Virgilius commentatores, precipue Ioannem de Lacerda, num. 10. & Jacobum Pontianum, ad illud carmen Aeneid. lib. 3.

Rex Anisi Rex idem hominum, Phabiq; sacerdos. Attamen hodie post legem evangelicam unum ab altero separatum inventitur.

Z Z Z

Nec

**3** Nec inde sequitur uon posse sacerdotes iudices esse, iādō hoc illis maximē cōvenit precepū, ubi non datur sanguinis effusio. *Ælian.* enim lib. 14. de antiquit. cap. 26. sic loquitur de Ægyptijs sacerdotibus. Iudices autem apud Ægyptios ijdem quondam fuerunt, qui & sacerdotes. Similiter *Ioseph.* de antiquit. lib. 14. cap. 26. dicit. Iudices Areopagitas in Athenis sacerdotes esse, & non solū civiles causas iudicasse, sed etiam criminales, quibus incumbebat ex proprio officio sceleratos punire, ut refert Politicorum Princps *Tacitus* de moribus Germanorū, in in hæc verba Cæterum neque animadvertere, neq; vincire, neque verberare quidem, nisi sacerdotibus permisum. Casar etiam de bello Gallico lib. 6. de sacerdotibus; *Druidas* in Gallia (inquir) magno hi sunt apud eos honore. Nam ferè de omnibus controversijs publicis, ac privatis constituant, & si quod est admissum fascinus, si cædes facta, si de hereditate, si de finibus controversia est, idem premium, pœnasq; decernunt; Ea enim ratione fundari potest totus hīc discursus, qua *Tacitus* lib. 3. *Annal.* in hæc præclara, & honorifica verba. Nunc Deorum munere summum Pontificem, & summū hominem esse, non emulazione, non odio, aut privatis affectionibus obnoxium. Vide præterea *Cassiodor.* lib. 2. cap. 8. & eundem *Tacitum* lib. 4. *Annal.* alias huius rei rationes assignantes, & multa de antiquitate, officio, & dignitate sacerdotum prosequere cum supra citatis.

## C A P. Nulla. VIII.

## S V M M A R I V M.

**1** *Vagabundi, & vagi non sunt existimandi clerici.*

**2** *Priscum quid significat?*

**1** **I**N textu. Non habendi sunt clerici; qui vagabūdē oberrant, & sub nullius episcopi disciplina gubernantur; faciūt ad textum quæ scribit *Peres* lib. 8. Ordinamenti, titul. 14. l. 1. ad fin. de vagabundis, & pagis mendicis, qui quidem homines perinde sunt, ac si non essent, ut ex *Cicer.* de natura Deorum ait idē *Peres.* Adde *Trid.* sess. 24. cap. 7. & sess. 23. cap. 16.

In text. ibi. *Prisca.* Significat quod superiori ætate

**2** fuit vetus. *Virgil* lib. 6. *Eneid.* vers. 868.

*Heu pietas, h̄tu prisca fides, invictaque bello.*

Et lib. 9. vers. 79.

*Dicite prisca fides factō, sed fama perennis.*

Sic Religio prisca, dicit *Ovidius* lib. 10. *Metamorph.*

Et prisca lingua. Imperator Iustinianus in §. Appellamus insti. de actionibus.

## C A P. Qui suis. IX.

## S V M M A R I V M.

**1** *In quo consistat obedientia, & inobedientia & quando hac sit peccatum?*

**I**N principio, textus, ibi, *Non obediunt.* Planè sicut specialis virtus obediēt in eo consistit, quod quis exequatur præceptum, eo quod præcipitur, & intendens formaliter obediēr superiori, alioquin si alia intentione, aut respectu faciat, propriè, & formaliter non est virtus obedientiæ specialis, sed alia, ad quam pertinet actus ille, qui præcipitur; sic per contrariū propriè, & formaliter inobedientia specialis in eo consistit, quod quis non facit id, quod præcipitur, & præceptum trāsgreditur principaliter, quia iubetur, eo quod contemnit, vel non vult subiici superiori. Aliter enim si alio respectu transgrediatur, veluti per avaritiam, accidiam, libidinem, aut alia causa, licet superiori debitum obsequium non præsteratur, dicetur, & erit materialis inobedientia, sive in genere insurgens, ex eo, quod iniuste aliquid fit; & ita pertinet ad eam speciē peccati, sub qua collocatur transgressio talis peccati. Vide *D. Thom.* 2. 2. quæst. 104. art. 2. ibi *Caetan.* & quæst. 105. art. 1. ad primum *Covar.* in cap. *Alma* 1. part. §. 9. ann. 3. *Navarr.* in *Manuali* cap. 23. numer. 35. & passim. Theologi in materia de obedientia, sic sane inobedientia specialis, seu formalis semper est peccatum mortale, generalis verò iudicari debet mortale, seu veniale iuxta materiā subiectam, & præceptum iu quo versatur, ut traditur per *Caetan.* d. art. 2. & *Navarr.* ubi supra.

## C A P. Ille. X.

## S V M M A R I V M.

**1** *Qui male docet, & qui Episcopo, vel sacerdoti nocet Deum offendit.*

**I**N textu. Deum manifestē offendit, qui benè non docet, vel qui episcopo, aut sacerdoti nocet, vide *Turres.* hic, *Proposit,* & *Archidiacon.* facit præterea textus in cap. nullis. 3. quæst. 1. & authoritas Christi. *Luc.* 10. *Qui vos spernit me spernit.*

## C A P.

## CAP. Diaconi qui. XI.

## S V M M A R I V M.

1 Septem debent esse diaconi in qualibet civitate.

**I**N textu. Diaconi in unaquaque civitate septem debent esse, qui episcopo prædicanti assillant, *textus in cap. Episcopus Deo de consecrat. dist. 1. textus in cap. illud 7. quæst. 1. Tract. de perfecto clero lib. 1. cap. 22. sub num. 3. Durand. in rationalis divisor. lib. 2. cap. 9. qui omnes nostri textus meminere.*

## CAP. Diaconi septem. XII.

## S V M M A R I V M.

1 Septenarius numerus omnes alias excellit.  
2 Tam in divinis, quam in humanis litteris celeberrimus.

**I**N textu, ibi, *Septem*. Septenarius numerus perfectior est omnibus numeris; tradit *Lop. 1. part. in prefatione, vers. septenario*, *Glossa 1. per tota ubi plures septenarij numeri excellētias enumerat.*  
2 *Quod verō idem numerus septennarius tā in divinis, quam in humanis litteris maxima fuerit in veneratione, probat Annon. Maria de commun. opinion. lib. 1. titul. 3. num. 20. Vivi. tomo primo comm. opin. lib. 1. titul. 8. num. 2. vers. septem pagin. 179. Petrus Berchar. in suo diction. part. 3. verbo, septem Mexia in tract. tasse panis conclus 7. in principio. Mendoza in lib. 1. Reg. cap. 2. num. 5. in exposit. littera, num. 14. Nos etiam ne hunc numerum omnino illibatum prætermittamus, aliquid tam in divinis, quam in humanis levissimē prælibemus. Pro divinis, stat Dei nomen septem Hebreis litteris exaratum: septem spiritus Sancti dona cœlitus, infusa: septem, apud Zachariam oculi super lapidem unum: septem ante Dei thronū ardentes lampades in Apocalypsi: septem aurea candelabra: septem stellæ in dextera filij hominis: septem Angeli cum septem tubis: agnus habens septem cornua, totidemque oculos: tandemq; liber ille prodigiosus septē sigillis obsignatus, quē solus agnus potuit aperire. Pro humanis pugnat Roma septeno colle sunata bella civilia septies decertata: Imperij electores septem constituti: cœlo radiantes septē Pleiades: septem orbis miracula protentosa, & mille alia septenarij numeri exempla, quæ modò brevitat consilens, omitto.*

## CAP. Diaconos. XIII.

## S V M M A R I V M.

- 1 Pelagius author fuit nostri textus,
- 2 Diaconus an possit ex vi sui officij bap-
- 3 Diaconus, absente presbytero, & neces-

**I**N subscriptione textus, ibi,

**Pelagius.** Erga videtur dicendum au-

thorem fuisse huius textus Pelagium, & non Gelazium Papam, ut dixit Vasques in 3. part. D. Thom. quæst. 67. disputat. 147. art. 5. sub num. 23.

**In textu.** pontifex in præsenti diaconos monet, ne baptizent, vel corpus Christi populo ministrent, absque episcoporum, vel presbyterorum præsentia, unde colligitur. Diaconos ex vi suæ ordinationis aptos non esse ad huiusmodi munera exercenda docet Vasques ubi proximè, quanyis contrariū illi nō displiceat explicans, & intelligens textū nostrū, & ad propositum plura iura adducens Isidor. Moscon. de maiest. milit. ecclie. lib. 1. de ordin. ecclie. part. 2. capit. 1. fol. 38. littera A. Navarr. de clericis non ordina. ministrantibus cons. 3. & 4. per totum.

**In Glossa, verbo, Necessitas.** 3

Collige ex Glossa posse diaconum absente episcopo, & presbytero, & necessitate cogente baptizare, & corpus Christi infra mis erogare. Recipitur Glossa hæc à Soto in 4. dist. 13. quæst. 1. art. 3. sub vers. Appendit autem ubi ex D. Thom. Durando, & alis Glossam nostram sequitur Vito. de sacram. in genere num. 89. Vivald part. 1. codic tractatu num. 89. de sacramento Eucharistia.

## CAP. Peruenit. XIV.

## S V M M A R I V M.

- 1 Diaconus nequit baptizare.
- 2 Virūm si it irregularis si in extrema ne-
- 3 Quid si illud faciat cum licentia epis-

**I**N textu. Faciunt ad hunc textum, quæ notashi ad caput. proximum nu-

mer. 2. quorum meminit Isidorus Mosconi,

Z Z z 3 ubi

## Prima pars Decreti.

812

ubi supra fol. 385. littera A. Ut vero tam hic,  
quam superior textus melius intelligatur, &  
ut cognoscas utrum loquatur de baptismo so-  
lemnii, vel potius de particulari, & privato: duæ  
questiones sunt solvenda.

2 Prima quæstio est. Vtrum diaconus, qui in  
extrema necessitate baptisat solemniter, fiat  
irregularis? Affirmant plerunque Doctores  
Theologi, neque refagantur Canonistæ. Gre-  
gor. de Valentia tom. 4. disp. 4. quæst. 2. princ. I. Soar. in  
3 part. tom. 3 quæst. 7. artic. 4. disp. 31. sect. 4. Bonacina  
de sacramentis disp. 2. quæst. 2. punct. 4. numer. 5. & de  
censur. disput. 7. quæst. 3. part. 6. num. 5. Aldrete de reli-  
giose discipl. tñenda lib. 2. cap. 21. numer. 5. Henr. in  
summ. lib. 2. de baptism. cap. 29. §. 1. & lib. 14. de iure  
grati. cap. 6. §. 2. Navarr. in Municap. 22. num. 7. Inter  
quos citatus Henr. tenet, idem esse dicendum  
de eo, qui nomen sacerdotis falso usurpat, sicq;  
solemniter baptisat.

3 Secunda quæstio est. Verum diaconus, qui  
præhabita episcopi, vel parochi licentia, bap-  
tismum solemniter administrat, fiat irregularis?  
Incurtere irregularitatem tñuerunt Na-  
parr. ad in. de clero non ordin. ministr. consil. I. & 2.  
Marius Antonini. vari. resolut. lib. 13. resolut. 16. num. 6.  
Henr. lib. 2. cap. 29. num. 1. Chamerota de baptism. cap. 4. dub. 5. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 27. cap. 6.  
num. 40. Bonacina citatus, & alij. Ratio est quia,  
in cap. 8. quis baptisaverit, de clero non ordin. min.  
disponit ius, irregulariter esse clericum mini-  
strantem in pertinentibus ad ordinem, quem  
non habet, sed diaconus in tali casu exerceat  
ministerium proprium ordinis sacerdotalis,  
ergo incurrit pœnam à iure constitutam. Hac  
tamen irregularitatem non incurrit laicus so-  
lemniter baptisans, cum textus solos clericos  
ampl. statut. Ita Henr. supra Suar. tom. 5. disput. II.  
sect. 3. numer. 22. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 10. numer.  
6. Valer. Reginald. lib. 30. numer. 192. Bonacina de cen-  
sur. disput. 7. quæst. 3. puncto 6. num. 1.

## CAP. Non oportet. XV.

S V M M A R I V M.

1. Diaconus sedere non debet coram pres-  
bytero.

2 In textu. Non oportet diaconum coram  
presbytero absque eius iussu  
sedere, quod intelligitur procedere secundum  
quarundam ecclesiarum consuetudinem, ut  
advertisit Glossa hic.

CAP. Non oportet. XVI.

S V M M A R I V M.

1 Solis sacerdotibus ex officio competit  
ministrare corpus Christi.

2 In textu. Ministrare corpus Christi solis sacerdotibus competit, non ab  
tim diaconis, decidit textus in cap. similiter vers.  
Si vero de summa Trinitate, textus in cap. dictū. I. q. 1.  
& vide Trol. de perfecto clero lib. 1. cap. 22. num. 4.  
Durand. in rational. divinor. lib. 2. cap. 9. num. 12. Duval.  
de iuribus ecclesia lib. 2. cap. 5. num. 3.

## CAP. Diaconi. XVII.

S V M M A R I V M.

1 Diaconi ministrant episcopis, & sacer-  
dotibus.

2 In textu. Diaconi ministri sunt episco-  
porum, & presbyterorum, nota  
textus noster, & eius decisionem sequitur,  
Glossa, verbo, postulavii in cap. cum ecclesia volenti-  
tanea 31. de electione.

## CAP. Præsente. XVIII.

S V M M A R I V M.

1 De licentia presbyteri potest diaconus  
eucharistiam populo ministrare.

2 Eucharistiæ nomen quid significet?

3 In textu. Diaconus præsentia, & iussu  
presbyteri, cogente necessitate  
potest eucharistiam populo erogare; vide Pan-  
lum Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 5. n. 10. Trol. de perfe-  
clero lib. 1. cap. 22. num. 4. menunxit etiam nostri  
textus, Greg. Lopez. part. 1. iii. 4. l. 61. Gloss. 2.

In textu, ibi, Eucharistiam.

Eucharistia verbum est Græcū, latine, gratias  
agere significat, quod nomen ait D. Tho. sumptū  
esse, vel ex significatione future gloriæ, scilicet  
Gratia Dei vita æterna, vel ex recontentia, scilicet  
Christo, qui est summa gratia, prosequitur late-

Suarez

Suares tom. 3. qui est primus de sacramentis. disput. 40. quest. 73. artic. 4. §. sexto tandem. Sacramentum Eucharistiae absolute dictum accipitur pro cibo sacramentali, interdum pro speciebus ipsis, & sepius pro corpore Christi, ut in nostro textu, quia haec omnia participant rationem sacramenti, & sunt ita inter se connexa, ut sub uno facile aliud intelligatur, advertit Suares. d. tom. 3. disput. 42. sect. 4. §. secundo colligitur.

### CAP. Diaconus. XIX.

#### S V M M A R I V M .

1. Sedeat diaconus, iubente presbytero.
2. Debet tamen sedere in loco decenti.

**I**N textu. Diaconus, iubente presbytero potest sedere; nota ad textum quæ habes supra ad cap. non oportet 15. eadem dist. Vide posita ad cap. qui sub gradu 31. num. 3. supra distin. 50.

2 In textu, ibi, *Quolibet loco.*

Intellige tamen honesto, & decenti, iuxta doctrinam textus in l. si cum dies, §. Si arbitr. ff. de arbitris l. ut gradationi, §. i. ff. de muneribus, & bonoribus, textus in cap. si quis omnem 197. textus in cap. mulier 15. quest. 1.

### CAP. Nonnulli. XX.

#### S V M M A R I V M .

1. Diaconi presbyteris, non sese anteponat in choro.

**I**N textu. Collige ex illo, quod diaconi presbyteris se superiores non cognoscant, in sedendo in choro; nam antiquitas dat dignitatem, Glossa in §. aliam, instit. de bonorum possessionibus, nec enim est decens, maiores dignitate à minoribus præcedi, latè Gregor. Lopez part. 1. titul. 5. l. 15. Glossa 2. ad fine vi. Decius in cap. avaritia num. 7. de præbendis, & conf. 161. leg. 1. vers. eum locum, & l. 2. vers. sit igitur Cod. de præfект prætor. lib. 12. sic prius Doctoratus præferuntur ijs, qui post eum sunt doctorati; ut per Glossam in l. cum quid. ff. si certum peratur, & ex alijs relatio per Cassan. in Catalogo gloria mundi. part. 10. consideratione 29. Adde posita ad cap. Episcoporum, num. 1. distin. 74. & ad cap. ultimum, num. 3. dist. 75.

unde D. Gregorius homil. 3. super evangel. Feritur, inquit, apud veteres mos fuisse, ut quisquis consul existeret, iuxta ordinem temporis sui locum tenebat.

### CAP. Pervenit. XXI.

#### S V M M A R I V M .

1. Prohibentur clericis compagis calceari.
2. Quid sit compagus?

**I**N textu. Prohibet D. Gregorius clericis Cantiniensis ecclesiae ne compagis calceati incedant, licet enim antiquitus non solum episcopi, vetum etiam quilibet sacerdos, quinimò diaconus sandalijs, & compagis uteretur, hodie tamen hoc illis vetium est, & tantummodo episcopis concessum: notat Durandus in rational. divinor. lib. 3. cap. 8. num. 11. Durant. de ritibus ecclesiae lib. 2. cap. 9. num. 21. in fine, qui omnes nostri textus meminere, advertit Turrecrem. ad eundem textum, in principio.

**I**n textu, ibi, *Compagis.* Erat enim compagus calcei Genus, quo episcopi in Pontificalibus utebantur, Durant. ubi proxime d. num. 21. ad medium Durand. d. num. 11. plus à de compagis Cœlius Rhodigin. lib. 18. cap. 21. ante finem. Corras. ad novel. Iustiniani lib. 21. & lib. 26. observat. cap. 28.

#### CAP. Illud. XXII.

#### S V M M A R I V M .

1. Clerici non debent uti mapulis.
2. Mapula quid sit.
3. Mapula est etiam indumentum sacerdotale.
4. Mapula usus quando incepit.

**I**N textu. Præcipiebat idem Gregorius Archiepiscopo Ravennati, ne liceret clericis suis, uti mapulis, quia eorum usus solum Romanæ ecclesiae Cardinalibus, & non alijs erat concessus.

Est autem mapula (pro ut hinc accipitur) certum ornementum equorum, ex Turrec. ad hunc textum in principio Durant. de ritibus ecclesiae lib. 2. cap. 9. num. 16. in fine. Augustin. Engub. adversus Vallam. de falsa donatione Constantini, num. 54.

3. significat enim manipula indumentū quod dām sacerdotale, quod manipulum dicitur; aut phanon, ut p[er] Alonin. de divinis officijs cap. de singulis vestibus Rhaban. Maur. lib. 1. de iustit. clericor. capit. 18. & in Concil. Rhemevsi apud Brucard. lib. 2. capit. 50.

4. Manipul[us], seu manipuli usus (iuxta hanc acceptationem) non incepit ab Aron, sed ab antiquis patribus christianis; tradit Durand. ubi proximē d[icitur] num. 16. in principio. Durand. in rational. divinor. lib. 3. cap. 6. num. 3. legimus enim in M[ari]tyrologio Bedæ. 14. Kalend. Augusti sanctum Arcenium semper secum habuisse manipulam, seu sudarium in manu, vel in sinu ad tergendum fluentem lachrymarum copiam, quæ continuo ab eius oculis profluebat; vide Bed. in lib. quæm Collectanea, & Flores appellant, de septem ordinibus, ubi dicit: Manipule manibus regendis prebeantur, vel iterum. Oportebat sacerdotem manipulas tenere manibus; ut cum emendatione mentis opus spontanenm concorderet. Manipula, quæ in sinistra parte gestatur, quæ pertinet oculo, & narium delevigatio, presentem viam designat, in qua superfluo humores patiuntur. Ita Alcuin. d. lib. de divin. offici. cap. quid significent vestimenta, vel tandem, ut ait Durand. lib. 3. capit. 6. num. 3. Porro secundum quod, capiti scilicet Christo convenit, quod sacerdos manipulum portet in leva, designat quod Christus gravem obiinebat in via; per manipulum enim præmissum designatur: iuxta Psalm. 125. Venientes autem venient eum exultatione portantes manipulos suos, &c. Has, & alias manipuli significaciones, vide per supra practicatos.

## CAP. Diaconi sunt. XXIII.

S V M M A R I V M.

1. Proponitur textus, & expenditur diaconi officium.
2. Vtrum ad diaconum ex officio pertineat verbi Domini prædicatio?
3. Quod sit proprium diaconi officium?
4. Diaconus ascendit ad locum sublimem, ut evangelium decantet.
5. Cur diacono evangelium lecturo detur benedictio?
6. Cui ex proprio officio incumbat prædicare?
7. Episcoporum avaritia maximè redargitur.
8. Non licet clericis ostiatim mendicare, nisi devotionis causa, aliqua pia loca visitent.

**I**n textu, ibi, textus hic est Hieronym de septem ordinibus ecclesie cap. 5. ad ductus à Gratiano nostro, cuius prima pars tota versatur circa præminentiam, & laudes diaconis debitas, qui maxime ab Hieronymo commendantur, significant enim septem candelabra aurea, & septem Angelos ecclesiæ, de quibus in Apocalyp. cap. 1. et 10. ministerium est sacerdotibus ministrantibus aliis stere, illis calicem de mensa præbere, inferre oblationes in altari, prædicare, & cum sacerdotibus orare, &c. Secunda pars est, contra episcoporum avaritiam, & ambitionem, redarguens eorum rapacitatem, quia sibi illicite in usus suos convertunt id, quod levitatum est; unde clericis propter indigentiam magna sequuntur incommoda, & indecentia. Tertia denique ait, ultionem pro ratiōne damno dato ab episcopis retribuendam esse à Deo, quam ipse non differt, si non reddant universa, quæ male sublata fuerunt, conducunt ad textum in principio ea, quæ supra notashi hac distinct. ad cap. Diaconi. 6. & cap. perleidis. 25. distinction. quatenus ibi egimus de officio diaconi, & præter Doctores ibi citatos. Adde Isidor. Moscen. de maiest. milit. ecclesia part. 1. lib. 1. cap. 1. de ordin. à fol. 382. littera. C. &c. deinceps, ubi plenissime agit de his, quæ ad diaconum spectant, & notat textum nostrum, præsertim fol. 382 littera C. de diacono loquitur etiam D. Ambrosius lib. 1. de officijs cap. 50. Chrysostom. homil. 83. super Matth. Hieronym. epistol. 48. ad Sabin. Clement. lib. 2. &c. alijs de constitut. Evangelic. Bellarm. tom. 1. de cleric. controvers. 5. cap. 13. vers. sed preter. Henriques, & multi, quos citat in summa de sacramento ordinis lib. 10. cap. 13. §. 2. littera. I. Lalius Zich. de sacram. tract. de sacramento ordinis cap. 1. pag. 667. vers. Sacerdotum post principium. Durand. de iuriis ecclesia lib. 2. capit. 23. à num. 5. & sequentibus. Adde Trident. sess. 23. de reformat. cap. 13. Trot. de perfecto clero lib. 1. cap. 22. numer. 4. Navar. cons. 7. de officio iudicis delegatis per totum, &c. de clericis non ordinatis ministrantibus d. consil. 3. & 4. per totum, qui omnes tractant rem de his, quæ ad diaconi officium, ordinem, & vitam, quam de illis, quæ ad ornamenta, & eorum significationem spectant, ubi latissime videre poteris.

**I**n textu, ibi, Ipse prædicat. Ergo videtur dicendum incumbere diaconi ex eorum officio populo prædicare, id est evangelium explicare; facit textus in d. cap. Perleidis 25 distinctione, ibi, Prædicare evangelium, & Apostolum d. cap. in sancta, ibi, Ad prædicationis officium 92. distinction. Quæ iura diaconi officium prædicandi aperiuntur tribuere. Nihilominus tamen dicendum est, licet diaconi prædicare possint de licentia habentis ad illud iurisdictionem, tamen non esse hoc munus illis propriu.

proprium. *Navarr.* d. cons. 7. per totum de officio, & potestate iudicis delegati. *Lalsus Zechius de sacram.* d. tract. de ordin. cap. 1. pag. 668. in principio Moscon. de maiest. milit. ecclesia d. p. 2. lib. 1. de ord. pag. 384. littera A. & B. *Divus Thom.* in 3 part. quest. 67. articul. 1. ad principium. Quia propter ad iusta illa, quatenus probare videbantur, proprium officium diaconi esse praedicandi, respondetur intelliganda esse non de predicatione, hoc est de explicatione evangeli, sed de eius lectione a diacono decantanda, Ita communiter Doctores Navarr. d. cons. 7. num. 3. *Moscon* ubi proxime. *Glossa*, verbo, sacerdotes in cap. *Adiutorius* 16. quest. 1. *Durand.* in rational. divinor. lib. 2. cap. 9. num. 10. quinim o refert, *D. Ambros.* in cap. 4. ad *Ephes.* suo tempore facultatem concessam diaconis ad praedicandum adeptam fuisse. Ex quibus manifeste appareret diaconum ex vi sue ordinationis non habere munus praedicandi, posse tamen illud exercere de licentia episcopi, vel Prelati cura animarum habentis, si voluerit in eius ecclesia praedicare. Notant omnes supra citati dictis locis, unde colligitur, si diaconus praedicaverit absque tali licentia mortaliter peccare, ex *Navarr.* in *Manual.* cap. 25. num. 141.

**Proprium**, ac genuinum diaconi officium, praeter id, quod textus noster, & Doctores ad eum citati enumerant, est evangelium populo legere, seu decantare. Vide *Durant.* de ritibus ecclesie d. lib. 2. cap. 23. numer. 3. *Zech.* d. tract. de sacramento ordinis, cap. 1. pagin. 668. ante finem columnae 1. licet in primitiva ecclesia eis erat concessum ob sacerdotem inopiam praedicare, & populo cathechismum explicare, ut tradit idem *Zech.* ubi proxime.

Cum autem Diaconus velit recitare, seu legere, vel decantare evangelium, debet ascendere ad altiorem locum, secundum ea, quae *Isayas* dixit, cap. 40. *Super montem ascende tu, qui evagelizas Sion, & Dominus in monte docebat turbas,* ex *Matth.* cap. 5. Aliæ sunt rationes, quibus diaconus in altum ascendit, decantendi evangelij causa, de quibus *Innocentius III.* lib. 2. de sacro altaris ministerio cap. 42. *Alexand.* de Ales in 4 partem Turrecrem. in cap. *Apostolica* num. 1. de consecrat. distinctione 1. *Durant.* ubi proxime num. 11. & 12. *Moscon.* nuper citatus pagin. 385 littera B. Debet etiam diaconus cum ad legendum accedit, faciem versus Aquilonem vertere, ut ostendat verbum Dei contra eum dirigi, qui spiritui sancto sepe contrarius fuit ita *Alcuin.* de divinis officijs d. cap. de celebrat. missa, per Aquilonem enim Diabolus intelligitur, ex eo, quia durus, & frigidus ventus sit, effectus quos Diabolus, in illis quos possidet, operatur, reddendo s. eos frigidos, & torpentes in amore charitatis, & dilectionis, ut per *Alcuin.* ubi proxime Durat. citato loco, nn. 14. *Innoc.* d. cap. 42. *Moscon.* in eadem

pag. 385, littera C. quod autem per Aquilonem Diabolus designetur, aperte ostendit *Isayas* cap. 14. dicens. *Lucifer, qui dicebas in corde tuo, sedebis in lateribus Aquilonis, &c.*

Quæsi potest, cur diacono lecturo evangelium detur benedictio, non autem subdiacono, quando illi traditur epistola ad legendum? Eam rationem tradunt Doctores, quod Deus legem, & prophetas invisibilis invisibiliter misit, Apostolos autem, & Evangelistas (quorum in hoc saltem enuntiandi evangelij munere diaconus personam gerit) visibilis factus, & sanctam ecclesiā sponsam videlicet suam, osculas osculo otis tui visibiliter misit, & docuit. Tradit *Innocent.* de sacro altaris ministerio lib. 2. cap. 37. *Rupert.* lib. 1. de uirinis officijs, cap. 36. *Hugo de sancta Victoria* lib. 2. de officiis ecclesiast. cap. 20. ubi proxime num. 5.

Constat ergo ex dictis, non spectare ad diaconum ratione proprijs officij praedicare. Si autem quæras, cui incumbat praedicandi munus? Respondetur solis episcopis, & alijs Prelatis quibus cura animarum commissa est, qui in suis ecclesiis praedicare debet, quo casu diaconus etiam praedicabit, si cura animarum sit, & illi tunc incumbet ex officio tale munus, quanvis vi sue ordinationis ei non competit, docet *Navarr.* consil. 7. de officio, & potestate iudicis delegati numer. 3. dicens, esse hanc communem resolutionem. *Abb.* in cap. iii. et cetera nu. 1 & 2. de officio ordinat. *Isidor.* *Moscon.* de maiest. milit. ecclesia d. 2. part. lib. 1. cap. 19. de predicatoribus pag. 325. littera C. & sequentibus, ubi plenissime videre potes omnes personas, quibus licitum sit, officium praedicandi exercere, & omnia ad illud requisita. *Trident.* sess. 5. de reformat. cap. 2. & sess. 24. cap. 4. qui omnes solum Prelatis hoc tribuunt. Neq; obllabit supradictis textus in d. cap. *Adiutorius* 16. q. 1. ibi Nullus preter sacerdotes Domini audiat praedicare, quibus verbis videtur dicendum, solum sacerdotes, & non alios debere. Respondetur enim, ut per *Navarr.* ubi proxime num. 2. textu intelligi de predicatione facienda autoritate propria, & ratione officij, quale habet sacerdos curatus, & ideo ait textus illos solum praedicare, id est quia ipsis tantum hoc competit ex proprio officio.

**In textu, ibi, Nunc autem.**  
Hec est secunda pars nostri textus, in qua maxime à D. Hieronymo episcoporum avaritia damnatur, quæ ex Idolorum servitu x cap. omnis 1. quest. 1. cap. irgeri, cap. sicut uerit. 147. 6. 1. eadem causa & quæsione, cap. avinita, in principio de electione lib. 6. quam etiam satis improbauit iura civilia per totum titulum s. & Cod. ad l. Iul. de ambiu commendat, & refert textum nostrum promptuarium intit. verbo, avaritia tom. 1. in *Glossa* littera. E. fol. 48.

## 8 In textu, ibi, Mendicat infelix.

Non licet clericis ostiatim mendicare, cū hoc sit maximum dedecus ordinis clericalis, & ideo omnibus modis vitandum, vide Trident. sess. 21. de reformat. cap. 2. in principio, Paulum Fusc. de visitatione lib. 2. cap. 22. num. 13. in fin. Navarr. commentar. 2. de regularibus ad cap. non dicitis 12. quast. 1. num. 37. veri. Tertio, ubi dixit, reprehensione dignos esse clericos, qui peregrinantes mendicant, imo potius se consensisse multis illos reprehendentibus, attamen ipse ait posse clericos devotionis gratia aliquem piū locum visitantes, & exercentes humilitatem, & patientiam, sumpto paupertatis habitu mendicare, citans ad hoc Calderin. consil. 1. de vita, & honestate clericorum, quem vide.

## CAP. Legimus. XXIV.

## SUMMARIUM.

1 Diaconi subsunt presbyteris.

2 Ex varia locutione colligitur mentis error.

3 Virūm sit aliquod discrimen inter episcopum, &amp; sacerdotem?

4 Approbatur verior opinio.

5 Quare summus Pontifex seipsum, &amp; episcopos fratres appelles?

6 Componitur Theologorum, &amp; Canonistarum sententia quoad distinctionem inter sacerdotem, &amp; episcopum.

7 Respondetur hereticorum argumentis, &amp; explicatur noster textus.

8 Episcopatus licet quoad ecclesiasticā hierarchiam ordinem diversum constitutus, non tamen est novum sacramentum.

9 Solviter argumentum contra hanc resolutionem, &amp; statuitur ordinem sacerdotalem per episcopatum solvi ad alia ministeria exercenda.

10 Exceptis ijs, quae episcopis sunt reservata, omnia alia competit simplicibus sacerdotibus.

11 Respondetur argumento contra hanc resolutionem.

12 Aliter solvit dubium.

13 Sacerdos ritè ordinatus, licet hereti-

cus sit, aut excommunicatus verum efficit sacramentum.

15 Multam autoritatem habet Romana ecclesia.

15 Multitudo sacerdotum eos contemptibiles facit.

16 Virūm electus in Imperatorem debent à Romano Pontifice confirmari?

**I**N textu. Diaconi presbyteris sunt inferiores, ac proinde illis debent subesse. Notat Durand. in rational. divinor. d. lib. 2. cap. 9. num. 2. D. Thom. ad 3. partem quast. 67. artic. 1. in responsione argumentorum in principio. Isidor. Moscon. de maiest. milit. ecclesie 2. part. lib. 1. de ordin. cap. 1. pagin. 385. littera B. facit textus, & quæ ibi notantur in cap. nonnulli bac distinctione.

**I**n textu, ibi, *Quia fatuus factua loquitur.* Ex varia, & inordinata locutione colligitur mentis error, & vagatio, quæ quidem finitram presumptionem inducit contra sic loquentem. Notat ad hunc textum Roderic. Sbar. allegat. 1. numer. 4. Paul. Fusc. de visitatione lib. 2. cap. 22. numer. 12. Boetius decisione 23. numer. 58.

**I**n textu, ibi, *Presbyteris id est episcopis, & paulo inferius, Eosde esse episcopos, quos presbyteros.* Contendere videtur hoc loco D. Hieronymus ordinem episcopalem à sacerdotali nō distinguiri, ac proinde nullum esse discrimen inter episcopum, & sacerdotem, seu presbyterum, unde quidam impi hæretici occasionē supplice evertendi episcoporum, & presbyterorum distinctionem, nec non pulcherrimam ecclesiæ catholice hierarchiam, negat̄es ullam esse differentiam inter hos gradus iure divino; quē errorem preter alios excitavit Acrius, qui cū episcopatum frustra, & impudenter ambivisit, ab eccl̄ia divertit, eam impugnans dignitatem, quam consequi non potuit, quē deinde errorrem ex eadem causa permotus suscitavit Vincleff. cum episcopatum Vegoniensem appeteret; de quo Cast. adversus heres lib. 1. cap. 11. ante finem, qui omnes adducunt ad suum præteruum propositum autoritatem Pauli 1. ad Philippenses, ibi, Cum episcopis, & diaconibus, quæ nomine episcopis, pro presbyteris ponatur; alias enim de presbyteris quoque Paulus fecisset mentionem, & deinde, quia in plurali dixit episcopis, qui tamen in eadem civitate plures esse non possunt, iuxta ea, quæ notantur in cap. quoniam de officio ordinat. Adducunt deinde Pauli 1. ad Tit.

*ad Tū. cap. ro. ibi. Constitutas per civitates presbyteros, & inferius. Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse, &c. quasi illi, quos superius presbyteri nomine significaverit, iudicem sint, atque illi, quos modo episcopos appellant, quæ omnes ferè autoritates referuntur in nostro tex- tu, quem tandem iudicem hæretici pro suo errore citant, dicentes, *Divum Hieronymum ibidē expressé dixisse eisdem esse episcopos, quos presbyteros.**

Sed rejecto hotum hæretorum perversissimo dogmate, & retenta catholica, & verissima sententia, dicendum est episcopum in ecclæsia hierarchia gradum diversum, & distinctum à presbytero divina institutione constituere; docent nostri communiter, ut testatur, & sequitur *Glossa*, verbo, *episcopus in proœmio sexti Alexandrin.* in *cap. cleros num. 4. 21. distl. Covat.* in *cap. quia nos num. 3 de testament. Navat.* in *Manual.* *cap. 22. num. 18.* multi quos refert *Vivald* in *Candelabro ecclesiæ de sacramento ordinis num. 1.* & probatur primò, quia semper in ecclesia à tempore Apostolorū distinctione inter episcopos, & presbyteros fuit observata. De quo vide *Dyobis de ecclesiastica hierarchia cap. 5.* comprobatur *D. Thom.* *2.2. quest. 184. art. 6.* ad primum, quin etiam à Christo Domino sub distinctione duodecim Apostolorum, & 72. discipulorum *Luc. 10. prædicta distinctione facta videtur cap. in novo supra distinct. 21. cap. quorum vices 68. distinct. obler. vac. Caietan.* in *d. articul. 6. D. Thom.* *Sot in 4. distinctione 24. questione 2. articul. 2. idem Sotus lib. 10 de iustitia quest. 1. art. 4. Ledesma 2. quarti, quest. 42. articul. 4. Castr. adversus hereses, lib. 6. verbo, Episcopus per totum, & lib. 13. verbo, sacerdotium in fine, *Mich. de Medin.* lib. 1 de sacro homin. continent. *cap. 3. cum sequentibus late Bellarmin. tom. 1. lib. 1 de cleric. controversial. 1. cap. 14. & 15.* Probatur secundò quia, Episcopi tam in potestate iurisdictionis, quam in ordinis presbyteris, seu sacerdotibus sunt superiores. De potestate iurisdictionis constat ex eo, quia plena potestas tam ordinis, quam iurisdictionis competit episcopis in suis dioecesis, sacerdotibus vero esse communem ordinis potestatem cum episcopis, exceptis ordinandi, confitandi, nonnullisque alijs ministerijs, ergo sit consequens manifestissimum, quoad potestatem iurisdictionis episcopos superiores esse presbyteris, cum ex dictis constet hos nullam, illos plenam in suis dioecesis habere iurisdictionem; quoad potestatem vero ordinis idem ostenditur, siquidem sacramentum confirmationis confidere, ordines conferre, multaque alia ordinis ministeria solis episcopis esse relevata, & presbyteris omnino denegata, atque ita resolutionem hanc definit Trident. sess. 23. de sacramento ordinis *cap. 4. Canon. 6. & 7.* facit textus in *capit. 1. & 2. de ordinatis ab episcopo Victor. de sacram. ordin. à num. 234. Covat. variat. lib.**

*1. cap. 10. nu. 61 & 7. Vivald. in Candelabro de sacram. ordin. à num. 17. D. Thom. in 4. dist. 24. questione 1. art. 1. de confirmatione, specialiter probat textus in cap. quanto de consuetudine. Trident. d. Canon. 7. & sess. 7. de confirmat. Canon. 3. multi de quibus *Vivald.* de confirmatione num. 23. confirmat latè Bellarmin. tomo primo controversial. 5. lib. 1 de cleric. capit. 14. & quos plenè refert *Henriques* in *summa de sacram.* in *genere, lib. 1. cap. 26. littera. G. & de sacrament. confirmat lib. 3 cap. 11. 6. per totum *Triumph.* quest. 93. Pigi in hierarchia lib. 2. capit. 10. & sequentibus Sot. de iustitia d. lib. 10. questione 1. articul. 4. vers. Quinto citatis locis. Petrus Sot. de iustitia. sacerdot. de sacramento ordinis lectione 2. latissime Bellarm. d. tomo primo controversial. 5. lib. 1. cap. 14. & sequentibus, quos omnes ad nostrum textum vide, qui fatenur hoc discrimen esse inter episcopum, & presbyterum. Cui firmatur deinde, quia episcopi in suis dioecesis plenissimā exercent iurisdictionem plenarii omnia crimina cap. 1. de officio ordinarii possunt censuras ferre, non ita quilibet sacerdos, nisi iurisdictionem habeat, cap. cum ab ecclesiastū de officio ordinari, indulgentias concedere cap. quod auem, cap. cum ex eo, cap. penitium de penitentia, & remission, à quibus censuris absolvunt, nisi lex abolitionem reservet cap. nuper. vers. secundo, de sententia excommunicacionis, possunt etiam dispensare in omnibus casibus minoribus adulterio cap. atsi clerici, § de adulterio. de iud. dispenses in irregularitatibus occultis *Trid. sess. 24. de reform. c. 6.* multa præterea possunt de quibus *Henriques in summa de sacram.* ordin. d. lib. 10. cap. 35. § 4. Unde merito statuitur conclusio illa certissima, nempe, quod omnia potest Episcopus in sua dioecesi, quæ potest summus Pontifex in toto orbe, nisi sint specialiter reservata, ut comprobant relati supra.**

Hinc iam notant multi rationem quare Pontifex Romanus episcopos fratres soleat appellare, probat textus in *cap. quam gravi, de criminis falsi,* quia scilicet parés sunt episcopi ipsi Papæ in potestate ordinis, & iurisdictionis, in ijs, quæ Pontifici non reservatur. Explicat *Triumph.* questione 3. art. 4. ad primum, constat etiam ratio, quare sumus Pontifex episcopum se appellat, quia scilicet episcopatus culmen fit dignitatis; & maior ordo ecclesiæ, notat *Glossa d. verbo, episcopus, in proœmio sexti,* & ex alijs *Chasseneus in Catalogo glorie mundi part. 4. considerat. 25. Bellarmin. d. controversial. 5. lib. 1 cap. 16. vers. Quantum ad tertium.* Tertio, & ultimo probatur supra posita distinctione, quia quemadmodum soli Apostoli post Petrum veri fuerunt pastores, at vero septuaginta duo discipuli coadiutores erant, non vero assumti ad statum prælationis, ut patet *Luc. 10.* ita episcopi hodie loco Apostolorum sunt veri pastores, presbyteri vero loco discipulorum sunt pastorum coadiutores, quæm discut-

discursum comprobat eleganter *Triumph.* q. 88. an. 3. notat *Bellar.* d. lib. 1. cap. 14. vers. Secundò probatur.

**6** Vnde videtur componendam esse controversiam inter Theologos, & nostros quoad hanc distinctionem; de qua præter multos, quos refert, & sequitur *Covar.* d. lib. 1. variar. cap. 10. num. 15. & vide copiosè *Henriq. de Sacramento Ordinis.* lib. 10. cap. 2. in principio. Quæ tamen, ut facile componantur, distinguendum est inter ordines, prout important gradum ecclesiæ hierarchiæ; & prout important gradum Sacramenti, priori quidem modo episcopalis ordo à sacerdotali distinguitur, non ita posteriori; iuxta quam distinctionem dicere debemus Theologos non negare episcopatu gradū esse distinctum à presbyteratu, sed solum negare esse Sacramentum ordinis; at vero nostros rectè constituere episcopatum esse ordinem in ecclesiastica hierarchia præcipuum, ut bene explicat *D. Thom.* in 4. dist. 24. quest. 3. art. 2. *questiuncul.* 2. *Ledesm.* 2. *quartii,* quest. 42. art. 4. & cæteri omnes supracitati. Optime *Sot.* in 4. dist. 24. quest. 2. art. 3. *Covar.* proximè citato loco, & alij, de quibus *Vivald.* in *Candelabr.* de *Sacramento Ordinis,* num. 3. Ex quibus sequitur, quod quanvis episcopi, & presbyteri eundem gradum, quatenus Sacramentum est, consiliuant, & uti tales unum, eundemq; recipiant characterem, in eo tamen differentia, & distinctio restat inter eosdem, nam sacerdotes characterem suscipiunt ex divina institutione restrictum, at vero episcopi illum extensum recipiunt ad omnia ecclesiastica ministeria, ita ex *D. Thom.* in 4. dist. 24. quest. 3. art. 2. Explicat ibi *Sot.* vers. Ad secundum. *Ledesma secunda quartii,* quest. 42. art. 5. & ante alios *Triumph.* ubi supra, quest. 74. art. 2. ad secundum, & comprobat ex alijs *Henriq.* in summ. de *Sacram.* *Ordin.* d. cap. 2. §. 1. littera E. & sequentibus, & cap. 7. §. 2. littera I. Quanvis autem episcoporum, & sacerdotum distinctio ex Christi Domini institutione, constat ex modò resolutis, non tamen ita ab eodem distincta sunt certa illa ministeria, à quibus minores sacerdotes debent absineri, sed id ecclesiæ suæ determinandum relinquit, ut in alijs sæpe materijs, iuxta ea, quæ notantur in cap. *Licet,* de *ferijs,* & in cap. *Omnis,* de *pænit.* & *remission.*

**7** Restat hoc loco, ut respondeamus hæreticorum insanæ, quam sinistra sacræ paginæ interpretatione voluerunt seminare, & ideo ad authoritatem Pauli 1. ad *Philippenses,* ibi. Cum episcopis, & diaconibus, dicendum est; omissis varijs solutionibus, quas prosequitur *Bellar.* d. tom. 1. *controvers.* 1. lib. 1. de *clericis,* cap. 15. & ante eum eleganter docuerat *Phigius de hierarch.* lib. 2. cap. 10. Universum clerum, omnesq; ordines ad duo primaria genera revocari, ad sacerdotes

scilicet, & ministros, quorum priores sacerdotes nempe, subdividuntur in maiores, & minores; posteriores vero, scilicet ministri, in sex alias species; diaconos, subdiaconos, accolitos, lectores, exorcistas, & ostiarios, quibus nostri addunt psalmistas. De omnibus vide cap. *Cleros,* 21. dist. de quo supra, quanvis ergo nomen episcopi principalibus sacerdotibus tribui soleat, & nomen diaconi, principaliori tantum ministro, utrumque tamen suo modo alijs convenit; nam etiam presbyteri superintendant populo. Volens igitur *Paulus* universum populum salutare, seu magis clerum, ne cogere tur singulos ordines numerare, generatim id fecit in nomine episcopi, comprehendens omnes sacerdotes, in nomine diaconi, omnes ministros. Ad aliam authoritatem Apostoli ad *Titum* respondetur, *Paulum* illis verbis usum fuisse, tanquam generalibus, non vero tanquam distinctis ex modò dicta ratione. Denique ad authoritatem Hieronymi relatam in hoc nostro cap. traduntur variæ solutiones, ut colliges ab *Henriq.* & ibi citatis, d. lib. 10. cap. 7. §. 2. & cap. 21. §. 2. *Medin.* de *sacerdoti, homin. continent.* lib. 1. cap. 1. qui ausus est affirmare, Hieronymum cum Aërio consentire, sed meritò reprehenditur à *Bellar.* d. tom. 1. *controvers.* 5. lib. 1. cap. 15. ubi plenissimè de intellectu huius authoritatis agit. Sed relictis multis solutionibus, advertit *Bellar.* ibidem Hieronymum, aliosq; patres non negare hanc inter episcopos, & presbyteros distinctionem, rectè ex *Apostolorum*, & ecclesiæ traditione institutam, sed solum contendere à Christo Domino inductam non esse talem distinctionem, quoad iurisdictionem episcopi; & presbyteri, qua in re illis temporibus non prespicua, deceptum fatetur *D. Hieronymum*, potiusq; universalis ecclesiæ decrecis adhærendam, quam Hieronymi, atque aliorum Patrum opinionibus; non tamen ignoravit Hieronymus hoc discrimen, tanquam legitimè, & necessariò ad schisma vitandum ab *Apostolis* introductum, vel etiam dici potest. Hieronymum, quanvis nullam constituisset distinctionem inter episcopos, & presbyteros intelligendum esse loquentem, quoad Sacramentum, quo casu diximus supra episcopum à presbytero non distingui, & ita intelligentes texum nostrum in praesenti.

Ex supradictis colliges primò, episcopatum, quoad ecclesiasticam hierarchiam vere, & propriè ordinem esse à sacerdotali distinctum, *Trident.* de *Sacrament.* *Ordin.* cap. 4. seb. 23. & *Canon.* 6. & 7. & notavi supra ad hoc cap. vers. Sed reiecta, & sequentibus, non tamen perse esse Sacramentum, ita in effectu *D. Thom.* in 4. dist. 24. quest. 3. art. 2. *questiuncul.* 2. *Thom.* *Vivaldensis de sacramentalibus,* tit. 7. cap. 62. num. 3. & 4. *Ferrat.* ad *D. Thom.* lib. 4. *contra gentes,* cap. 76. est com-

est communis opinio usu ecclesiae recepta, ex Sot. in d. dist. 24. quest. 2. art. 3. & probatur ratione, certum est enim Sacramentum Ordinis principaliter ob sanctissimum altaris sacrificium institutum fuisse, potissimum namque cuiusque sacerdotij finis semper fuit sacrificium, iuxta illud Pauli ad Hebreos 5. ibi. *Vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis, & iterum cap. 8. Omnis Pontifex ad offerendum munera, & hostias constituitur.* Iuvat ipsa sacerdotij ethymologia, quae habetur in dict. cap. Cleros, ibi. *Sacerdos autem, & quæ ibi diximus 21. dist. at ordo episcopalis nullum importat gradum ab ordinatione sacerdotali distinctum, respectu huius sacrificij; si nplex namque sacerdos non minorem, quam episcopus potestatem habet in corpus Domini consecrandum, & offerendum pro vivis, & defunctis; notant omnes in hoc nostro textu, præter eos D. Thom. d. lib. 4. contra Gentes, cap. 76. confirmatur hæc ratio, quia si ordo episcopalis esset per se Sacramentum, sequeretur duo esse Sacraenta Ordinis, alterum sacerdotij, alterum episcopatus; constat siquidem unum tantum Sacramentum Ordinis, secundum totam suam perfectionem esse sacerdotalem, ut modo notasti, ergo episcopatus, ordo non est.*

Neque obstat resolutis Medin. lib. 1. de sacer. homin. continent. cap. 16. Rabanus Maurus lib. 1. de inst. clericor. cap. 4. & alijs dicentes, episcopatum Sacramentum esse, quorum præcipuum fundatum est, quod is ordo, perinde, ac sacerdotalis fuit à Christo Domino institutus, cap. In novo, 21. dist. ac proinde rem sacram, pūtā gradum spiritualem designans, quæ tamen obiectio tollitur, dicendo gradum illum potestatis spiritualis non aliter per ordinem episcopalem conferri, quam quatenus sub sacerdotali charactere suscepito continetur; patet si expendas sacerdotalem characterem supremum potestatis spiritualis gradum importare, nempe potestatem consecandi sanctissimam Eucharistiam. Trident. d. sess. 23. de Sacrament. Ordin. cap. 1. & 2. ac proinde sub se faltem virtualiter cœteros gradus potestatis ecclesiæ; velut inferiores continere; regul. l. Iudicium solvit, ff. de iudic. iuvat dictum cap. In novo, ibi. *Sacerdotalis, 21. dist. cap. Duo sunt, 96. dist. Proinde cum gradus potestatis per ordinem episcopalem collatus in sacerdotali charactere iam suscepto faltem virtualiter continetur; ob idq; per tales ordinem nullus novus character imprimatur, recte sit, ut deficiente ratione Sacramenti Ordinis (quæ in imprimendo charactere consistit) deficiat etiam, & ipse ordo, ut est communis omnium Theologorum, ex Ledesm. secunda quarti, quest. 37. art. 1. & 2. ubi dicit, hoc defide esse. Sot. in 4. dist. 1. quest. 4. art. 5. apud nos est Glossa 1. in cap. 2. de Apostol. ordo ipse episcopa-*

- 12 Sed obstat, quod excommunicatio maior est pena maxima, cap. corripianur, ibi. Nulla maior 24. quest. 3. & per illam excommunicatus dicitur mori, cap. per venerabilem, ibi, mori precipitur, qui filij sunt legitimi capit. 2. ibi, Morte moriatur de maiorit, ac subinde pertinet ad merum imperium ex Innocen. in cap. transmissam in fine de electione, recepto ibi, & alibi: per Navarr in cap. cum contingat secunda causa nullis. num. 26. de rescriptis. Igitur ciusmodi merum imperium, & sic potest excommunicandi maior, non transit in delegatum, mandata simpliciter iurisdictione, & in eius consequentiam, ex l. ult. ff. de officio eius, ibi, Imperium quod non est merum. Accedit, quia excommunicatus maior aequiparatur relegato, deportato, & ei, cui igni, & aqua interdictum. Glossa ultima post principium in cap. pastoralis 53. §. verum de appellat. Glossa 1. in §. minor instit. de capitulis diminutione, & vide multos per Menoch. casu 438. num. 32. Cald. de nominat. quest. 5. num. 47. at delegatus in consequentiam commissari iurisdictionis, & ad illam tuendam non potest impeditentes pena relegationis, deportationis, seu per aqua, & ignis interdictionem, (que sunt penae corporales) coercere, qua iuxta d. l. ult. & cap. ex litteris 29. de officio iudicis delegat. modicam tantum habet coercionem, que verbalem, vel pecuniariam importat, pro ut observant post Bald. Felin. in d. cap. ex litteris 29. de officio delegati num. 16, Menoch. ubi supra num. 28. expendentes l. nulli 10. Cod. de sententijs, & interlocut. Obstat item cap. quisquis 2. question. 6. ubi inobedientes delegato non excommunicantur per ipsum, sed per episcopum, ad quem necessario per excommunicationem recurrunt, ut patet ibi Episcopus det litteras, &c. & tandem urget Trident. d. seß. 25. de reformat. cap. 3. ubi prohibetur iudicibus ecclesiasticis, ne contra inobedientes a censuris incipient, sed per alias penas, & iuris remedia procedant, ubi tandem hec non profuerint, censuris utantur; notat Navarr. in Manual. cap. 27. num. 10. & tamen textus hic, & dictum cap. 1. de officio delegat. supracitatum contra inobedientes, vel impeditentes a censuris exordiuntur. Ergo, &c.
- 13 Nec huiusmodi difficultates evitantur, si diccas distinctionem ecclesiastica latius patere, & ultra censuras comprehendere etiam penas alias, quibus ecclesia uti solet, cuiusmodi est suspentio, perpetua depositio, privatio beneficij, cum similibus, pro ut notant Abb. in d. cap. 1. & alibi ex Dec. ibidem d. num. 14. Menoch. de arbitrat. d. casu 438. num. 20. Refellitur enim tu quia proprius, & per anthonomiasiam, districtio, vel severitas ecclesiastica intelligitur per censuram,

hoc est excommunicationem, per quam ecclesia frequentius, & principalius puniit, & ut supra notasti ad principium huius questionis in originali textus in d. cap. 1. ubi loco verbi distinctione, legitur censura, cum etiam, quia in specie proposita, de censura, & excommunicatione, agunt textus in nostro cap. in praesenti, & d. cap. præterea, cap. sane, & cap. tā litteris de officio delegati. & denique, quia licet dicamus per ecclesiasticam distinctionem, hic intelligi etiam alias penas, que non sunt centuræ; adhuc tamen urgunt difficultates allatae, quatenus censuræ etiam, & maior excommunicatio includuntur, & delegato conceditur potestas coercendi per illas.

Vnde inter varias opiniones de quibus Glossa d. verbo, puniat in cap. pastoralis de officio delegati, & Menoch. ubi proxime. Dic primum, nullam in proposito reperiri penam certam, qua delegatus impeditentes coercere debeat, sed eius arbitrio relinqu, consideratis circumstantijs, tam ex qualitate impeditentis, quam impeditimenti, temporis, & loci, & ceteris omnibus, iuxta regulam cap. de causis, §. 1. de officio, & potest iudicis delegati, observat Glossa d. verbo, puniat, probata ibi, & alibi ut per Menoch. ubi supra, n. 21. idque satis colligitur ex d. cap. sane vers. ita quod d. cap. præterea, & ex d. l. ult ff de iurisdictione, dum de modica coercione agit d. cap. ex litteris, ibi coercionem aliquam. Nec adversatur textus in d. cap. 1. de officio delegati, cum dicit delegatum posse coercere per censuras, non imponit necessitatem, ut patet ex verbo, poteris iuncta regula l. non quidquid, ff de iudicijs, & ita non significat censuras esse penas certas, que contra impeditentes necessariæ imponendæ sint. Similiter, nec textus noster arctat delegatum ad puniendos inobedientes excommunicatione, ut excludat omnes alias censuras, sive penas.

Dic secundum, in huiusmodi arbitrio delegati contineri etiam censuras, quibus potest etiam per maiorem excommunicationem impeditentes coercere, iuxta textum in d. cap. cum similibus supra citatis, cap. significasti in fine de officio iudicis delegati eadem Glossa, verbo, puniat communis hic, & illic. Covar. in cap. Alma 1. part. §. 11. num. 1. Menoch. de arbitrat. casu 438. num. 20. & 21. Nec obstant allatae difficultates, nam ad priam responderi potest; quod licet maior excommunicatione, ubi ad publicam utilitatem, & ex superioris officio profertur, pertineat ad merum imperium, iuxta receptam Innocentij sententiam in cap. transmissa de electione, num. 2 in fine; nihilominus tamen prolatâ ad partis utilitatem, & instantiam ut in d. cap. 1. non meti, sed mixti imperij esse dicitur, pro ut distinguunt Abb. in cap. quod sedem habet, ali. de officio ordinat, & in cap. cum contingat. num. 17. de fisco compert, sequitur

Aaaa 4 alij,

alij ut per Menoch. al. loco num. ult. sed hæc disti-  
ctio non habet congruam differentiam rationem,  
siquidem excommunicatio eadem est, & aequum  
gravis pena, eisdem omnino, & sequentia graves  
producit effectus, ubi ad publicam, & ubi ad  
privatam utilitatem profertur, & insuper vi-  
detur semper respicere publicam utilitatem  
conservandi ecclesiasticam disciplinam, & po-  
testatem, dum coercentur inobedientes, qui ec-  
clesiam audire nolunt, iuxta illud Matth. 18. re-  
latum in cap. novit de iudiciis, ibi, Si ecclesiam non  
audierit si ibi tanquam ethnicius & publicanus, c. cum  
inter de consuetud. ibi. Dirumpetur nervus ecclesiastica  
disciplinae. Vnde probabilitate certari potest, quod  
præterit Glossa in d. cap. quisquis 2. q. 5. Censu-  
ram excommunicationis maioris non pertinere  
ad imperium Imperium, de quo in d. l. ult. ff. de iurisdictione  
licet enim pena sit gravissima, quia maximis  
bonis spiritualibus privat, insuper, & mors di-  
casur; quia tamen, absolute loquendo, pena, &  
mors non est, sed ad vitam, disciplinam, & eme-  
dationem ordinatur illius, qui eatus moritur,  
quatenus vult, & in eius potestate est, si rece-  
piscat, & corrigitur liberari, & absolviri, iuxta  
illud Pauli 1. ad Corin. 5. relatū in c. audi 11. q. 3.  
textū optimū in c. 1. in principio de sententia excom-  
municationis in 6. traduxit Pallat. in repetit. cap. §. 18. &  
num. 14. Covar. in cap. Alma in principio, num. 9. Me-  
ritū censura excommunicationis propter hanc  
peculiarem naturam, licet pena sit, non perti-  
nere ad imperium Imperium, de quo in citata l. ult.  
& in l. imperium, ff. eodem tit. de jurisdictione, in qui-  
bus agitur de morte, & pena gladij, quæ abso-  
lutæ mors est, & pena, à qua delinquens per  
penitentiam, & emendationem nullatenus  
liberatur, ex regula l. qui ea mente 67. ff. de  
furiis.

**[16]** Ad secundum vero respondeatur, excommu-  
nicatum majori, & bannitum, deportatum, &  
similes, de quibus supra, aequiparati per quan-  
dam similitudinem, quia sicut iij. à Regno, ci-  
vitate, & civili commercio, ita excommunicatus  
ab ecclesiastica sacramentorum, & fidelium  
communione ejicitur, ut post Bald. in l. 1. num. 21.  
vers. 2. est ad inventa Cod. de hereditibus instituendis,  
notat Menoch. dict. casu 438. numer. 33. secundum  
quos, & Abb. in d. cap. pastoralis, h. verum, numer. 19.  
de appellat. excommunicatus, & prædicti diffe-  
runt in multis, & ad propositum, in eo maxi-  
mè, quod excommunicatus ejusdem majori, si  
volit parere, & emendetur, potest statim absolu-  
vi. sicut tamen bannitus, deportatus, & alij per  
penitentiam, emendationem, non liberentur  
d. l. qui ea mente. Textus vero in d. cap. quisquis 2.  
qua. 3. 6. varie intelligitur, ut per Doctores, ubi  
plus res fert intellectus. Propositus ibidem,  
quos videlicet poteris, & ultra eos potest  
textum illum non agere de excommunicatione  
per episcoporum ferenda in eos, qui iudicii

non parebant, sed interdictione quadam, & pro-  
hibitione speciali, per quam Patriarcha, vel Roma-  
nus Pontifex, qui primus sedis episcopus dicitur  
cap. prima sedis, infra 99 dist. interdicit per litteras  
omnibus episcopis sibi subditis, ne comunicet  
cum huiusmodi inobedientibus, qui iudicibus  
parere nolunt, cui intellectui maximè con-  
veniant verba textus. Ad ultimum denique  
ex decreto Concilij respondeatur, per illud re-  
probari abusum quorundam iudicium eccle-  
siasticorum, qui pro qualcumque causa, & sine  
delectu excommunicare solebant, & statuit ne  
in causis judicialibus, ubi alia suppetunt reme-  
dia, censuras proferant, ad quas ultimo loco  
devenire debent, & iuxta illud decretum, qua-  
tenus fieri potest, tenetur delegatus in pro-  
tendis censuris arbitrium modicari, & inobe-  
dientes coercere.

Intellige iuxta predicta posse delegatum  
coercere impudentes per centuriam excom-  
municationis maioris, ubi hi per se sunt contumaciter  
in peccato impediendi, & moniti non  
resipiscunt, & superfluis terminis, in quibus  
alias per excommunicationem procedi possit,  
nam si aliquando impediunt, & iam nunc  
emendati, nihilominus faciunt, licet delegatus  
excommunicandi potestatem habeat, non po-  
terit excommunicare, quia non proponuntur  
termini necessarii ad excommunicationem fe-  
rendam, scilicet inobedientia, & contumacia,  
iuxta illud Matth. supra relatum. Si ecclesiam non  
audierit Glossa 1. in cap. Episcopi 11. quest. 3. reccep-  
ta ex Cardinali sancti fixi ibi num. 3. Navarr. in  
cap. cum contingat quinta causa nullatis numer. 5. de  
rescript. Spino in specul. testamentor. in Rubr. part. II.  
num. 24. intendit textus in cap. nemo ip. sine, ibi  
& quia aliter non poterat corrigi 11. quara. 3. docet  
Innocent. receptus in cap. 1. numer. 1. de excessibus  
prælatorum, & in hunc sensum textus in d. ca-  
pit. 1. de officio delegati proponit præsens, & ad  
hunc perfutens impedimentum, ut patet ibi.  
Campellunt, & ibi, iustum impeditur. Sic similiter  
textus noster ibi impedit. Ita etiam non debet  
delegatus per excommunicationem procede-  
re, ubi ex conjecturis verosimiliter intelligit  
impudentes non solum non cessaturos, quin-  
mo magis obduratos alterius progressuros, se-  
quitur enim tunc contrarius effectus ei, qui  
per excommunicationem prætenditur, & co-  
sequenter ab illa abstineri oportet ad vitandum  
maius obdurationis malum, sicut medicus ab-  
stineret debet à medicina, quam verosimiliter  
timet maius nocumentum allaturam. Post  
alios Palat. in repetitione Capituli d. §. 18. numer. 13.  
Covar. in d. cap. Alma in principio num. ult. Tiraq. ubi  
plures l. 9. connubialum Glossa 1. part. 9. numer. 226.  
iuxat. d. cap. 1. de sententia excommunicationis in 6.  
ibi Medicinalis, & ibi Medentis cap. ult. vers. finito  
ibi. Ne indecessat, supra 82. dist. cap. prodest. vers.  
quod si

quod si, cum cap. sequenti 23. quæst. 5. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 3. ibi Magis contemni, quam formidari, & perniciem potius patere, quam salutem. Adde per bullam cœnæ, in quoddam impediētes prolatam esse excommunicationem reservataam, ut patet in eadem bulla clausula 14.

**18** Dic tertio posse delegatum per multas, & pœnas pecuniarias huiusmodi impeditentes coercere, iuxta Glossam d. verbo, puniat in cap. passionalis de officio delegati, ubi Doctores, sicut in d. c. 1. eodem tit. num. 53. & alij ut per Menoch. de arbitrar. casu 438. numer. 24. Trident. dicto cap. 3. ibi Multis. iuvat l. 2. Cod. de sportulis, l. 1. ibi pœnali iudicio, ff. si quis ius dicenti, l. ult. ff. de iurisdictione omnium iudic. cap. ex litteris de officio delegati, quatenus agunt de modica coertione, quæ in his multis, & pœnis pecuniarijs verificatur, declaratur tamen per multis, quos refert Rebus. in l. aliud est frans, §. inter multam. vers. Magistratus, ff. de verborum significatione.

**19** Dic quartum quod licet attento iure communni, dubium sit apud Doctores, an delegatus contra impeditentes, seu inobedientes per pœnam privationis beneficiorum procedere possit; affirmant enim Innocent. in cap. quia diversitatem de confessione præbenda, & Felin. in d. cap. 1. nū. 14. de officio delegati per illum textum. Negant vero Doctores communiter in d. cap. quia testatur commune Dec. ad citatum cap. 1. num. 15. Menoch. ubi post alios intelligentes, in d. cap. quia, fuisse delegato concessam specialem privandi beneficij potestatem hodie tamen opinio Innocentij probata videtur in Concil. Trident. d. cap. 3. ibi sive etiam per privationem beneficiorum; alias pœnas prosequitur Glossa d. verbo, puniat, & late Menoch. ubi supra.

**20** Dic quintum quod si delegatus per huiusmodi censuras, & pœnas non potuerit impeditentes, aut inobedientes coercere, recurrere debet ad auxilium brachij secularis. Argumento cap. administratores, & cap. quali 23. quæst. 5. & iuxta regulam cap. 1. in fine de officio ordinarij, & textus in cap. ut officium, §. compescendi, vers. denique de hereticis in 6. Resolvunt Innocent. & alij in cap. significasti de officio delegati, ubi Berous num. 24. communis praxi recepta ex Covar. praticat. cap. 10. num. 5. & alij de quibus Menoch. remedio 3. retin. num. 360. Mandos regul. 41. Cancellar. quæst. 2. num. 12. probat Trid. sess. 25. de regularib. cap. 5. in principio, & fin. contra Archidiaconū d. §. Compescendi, & in cap. administratores 23. quæst. 5. num. 2. Repertorium inquisitor. verbo, brachiū, vers. an delegatus, Directorum. 3. part. quæst. 57. ubi Penh. commentar. 106. Abb. antiqu. d. cap. significasti. Cosm. in Pragmat. titul. de collat. 4. Item visum, in Glossa ultima verbo invocando, & verbo brachium, Staphil. tit. designatur. litterarum iustitia. n. 3. & Federic. quæ refert Mados. 2. forma commissionis, verbo, auxilium, secundum quos textus in d. cap. 1. de officio ordinarij in fine

cum similibus, procedet tantum in ordinarijs, sicut & textus in dicto veri. denique, specialiter in Inquisitoribus, ac subinde per argumentum ab speciali, contrarium probat in alijs delegatis, quibus ex stylo Curiae conceditur, in specie potestas implorandi eiusmodi auxilium, quia attento iure communni talis potestatem non habent, secundum Archidiaec. & sequaces, quorum sententia non est improbabilis, quavis communis defendi possit, si advertas d. cap. 1. proximè citatum, licet de Ordinario loquatur, procedere nihilominus secundum regulam iuriis communis, quod etiam in delegato locum habet, in quo etiam eadem viget ratio, & necessitas tuendi, & adiuvandi ecclesiasticam iurisdictionem tam in delegato, quam in ordinario; unde succedit regula legis non possunt, ff. de legibus, cum singularibus, textus vero in d. veri. denique non constituit ius speciale circa invocationem secularis auxilij, sed circa appellationem quam removet, & privilegia, quæ infringit, & circa alia de quibus ibi, stylus autem Curiae emanasse videtur ad tolenda dubia, propter illorum opinionem, qui cum Archidiacono existimant necessariam esse communionem specialem in proposito.

**21** Dic sexto. Praer. alias pœnas supra impositas contra impeditentes legatum, est alia, nempe, quod iactura causæ affici debeat, qui patronum potentiorum advocat, ad impedientiam iurisdictionem, aut executionem legati; vide Glossam 1. in d. c. 1. de officio, & posest. iudicis delegati, seqvuntur DD. communiter ex Siculo in eodē cap. 1. n. 57. Dec. 6. & alijs ibidem, satis Bart. num. 1. Alex. num. 5. in l. 1. Cod. ne liceat potentioribus succedit regula eiusdem l. 1. iuncta Glossa 4. & ult. & communis ibi, & l. 2. eodem tit. cap. 2. ubi Glossa penult. de alienat. iudic. tradit. suar. allegat. 19. Dueñ. regal. 88. An autem textus ille, Ne liceat potentioribus, locum habeat in nostro casu, dubitari potest? Anuit communis in eadem l. 1. ubi Iacobin, & alij Dueñ. ubi supra, ampliatione 1. contra Glossā in Rubr. Cod. de bis, qui potentiorum, & in l. penult. ff. de alienat. indic. Cuiac. lib. 8. obseruat. cap. 31. Menoch. de arbitrar. casu 276. num. 6.

**22** Vtrum non solū agentes contra executionem delegati, sed etiam consentientes eadē poena sint puniendis? Affirmat cap. 1. & ibi Glossa 2. de officio delegati, colligitur ex cap. nuper. 29. vers. In primo, & cap. quanta. 47. de sententia excommunicationis, cap. felicis, in principio de pœnis, lib. 6. quibus modis quis possit consentire, vide eandem Glossam 2. Glossam ultim. in d. c. notum 2. quæst. 1. Navarr. in cap. ita quorundam de Iudeis notabili. 9. per totum, alios per D. Thom. 2. 2 quæst. 62. tit. 7. Navarr. in Manuali cap. 11. a num. 12. intellige tamen, & limita resolutionem d. cap. 1. ut procedat tantum in illis consentientibus, qui

qui causam efficacem, & propinquam præstiterunt principali Authori delinquenti; cuiusmodi sunt iubentes delictum committi, & similes principaliter concurrentes; hi enim consentientes pari poena puniuntur cum facientibus, quibus eiusmodi causam efficacem, & propinquam delinquenti præstiterunt, d. cap. felicis de pœnis lib. 6. in principio l. si quis id, quod s. de iurisdict. quem intellectum satis probat textus in d. cap. 1. de officio delegati, qui per consentientes intelligit potestates, de quibus in principio textus, & fautores, non quoicumque, sed principales iusticiam impedientes, iuxta litteram in fine, sane hi omnes tanquam causa efficax, & propinqua consentiebant, ut satis denotat verbum *principalis*, & constat ex minis, & territoribus, per quos conquerentes silere compellabantur; intendit Glossa in eodem cap. 1. & cap. notum 2. quæst. 1. & in d. cap. quanta; sic etiam textus in d. cap. nuper vers. In primo, per consentientes intelligit eos, qui criminolo, & excommunicato in eodem crimine communicabat, ac subinde causam efficacem, & propinquam præstabant. Similiter etiam in d. cap. notum in fine, sic etiam in d. cap. quanta, is, qui non obviat facinori, de quo ibi agitur, præsumptivè operatur, & participat, ac subinde causam efficacem præstat præsumptivè, vel interpretatione iuris, ut intendit textus ille, ibi interpretamur, & ad hoc referri debent, textus in cap. facientes 86. dist. de quo supra, & authoritas Paul. ad Roman. 1. in fine. Reliqua in materia quoad singulas cōsentientium species, in quibus aliquando eadem, aliquando vero minor poena imponitur, ultra Glossam, & DD. ad d. caput. 1. de officio delegati, prosequere cum Covar. in regul. peccatum 2. part. §. 12. à principio, & in Clement. si furiosus 2. part. §. 1. & 2. Gom. de delict. cap. 2. à num. 8. & cap. 3. à num. 39. & à num. 45. & 48. post alios Menoch. de arbitrat. casu 349. per totum, cum multis sequentibus. Clar. in practic. q. ult. questione 87. cum sequentibus.

### CAP. Dictum. III.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Archidiaconus non potest in suos parochianos dominationem exercere.
- 2 Dominij nomen ad tyrannidem spebat.

**I**n textu. Probat non posse Archidiacos in suos parochianos, &

presbyteros, dominationem exercere, neq; consum ab eisdem exigere, notat, & explicat. *Ex us. recr. Proposit. & alij hīc.*

**In textu, ibi. Quod magis ad tyrannidem.** Ait textus tyrannicum esse huiusmodi dominationem exercere in subditos; Vnde colliges dominationem, & nomen domini ad tyrannidem pertinere, sicut & Regis ad dignitatem, honoris, potestatem, vide Cassan. in consuetud. Burgund. in proæmio, verbo, seigneur. in principio. Nihilominus tamen, non erit à vero sensu alienum, neque amaniorum litterarom studiosis iniundum, si ex reconditis, ac penitissimis latinis fontibus, germanam, immo genuinam tyrannidis significationem eruamus. Si ergo cum probatissimis auctorebus, & sentiendum, & loquendum sit, vox *tyrannus* idem significat quod Rex, Princeps, dominus, dominator. Eadem etiam originis, & derivationis similitudine, vox *tyrannis* significat Imperium, maiestatem, dominationem. Ad cuius rei probationem adduco auctores probatissimos, & occulatissimos. In primis Virg. lib. 7. Æneid. ubi Regem Latinum de filia cōnubio sollicitum inducit, & Æneam regio hospitio invitantem, eundem appositè dixit *tyrannum*.

*Id Pars mibi pacis erit dextram retigisse tyranni.*

*Idem eruitur testimonium ex Valerio Flacco in Argonautis.*

*Nunc precor ad vestri, quicunque est, ora tyranni.*

Neque minus comptè, & eleganter Seneca in Oct. dum fortissimum Herculem extremo vita, mortisque luctamine periclitantem, laborantemq; inducit, eum tyrano, id est Regi moderanti, ac leges ferenti similem esse dixit.

*Quis sic triumphans laetus in curru stetit.*

*Victor? quis illo gentibus vulnus dedit.*

*Leyes tyrannus? quanta pax obitus talis?*

Neque solum inter poetas, sed etiam inter historicos, & oratores, huius nominis usuratio celeberrima est. Plutarchus in Djene proverbialiter dixit: Ingentes erant Dioni facultates, tyrannicusque, propè domi splendor, & instrumentum. Id est, supellex regia, & barbarica: cultus tyranno, sive imperatore dignus. Plato in Amatoribus ita inquit. *Quoties vir unus rectè civitatem instituit, quod nomen illi conveniet, non ne tyranni, & Regis?* Ita est. Non ne *tyrannica*, & *regia* arte gubernat? omnino. In peius tamen ruente mundo, & hominum natura in deterius vergente, accidit, ut nomen illud regia maiestate, & imperio plenum, ad regnandi libidinem, ad insolentiam, imò etiā ad indomitam, sanguinariamque truculētiā significandam verteretur. His igitur animadversis

versis nostrum textum sic explico. Magis pertinet ad tyrannidem, id est, si Archidiaconi in exigendis patochianorum censibus nimiam turgidi, & elati animi dominationem præ se ferant, id quidem magis dominantis, & ambitionis imperantis animi est, quam fraternè, & amicè ad pacem, & concordiam dominantis, cum debeant Archidiaconi se pios, clementes, & misericordes exhibere. Hinc enim est, ut in cap. Archidiaconis, de officio Archidiaconi, oculus episcopi Archidiaconus appelleatur. Quod præter Trid. sess. 24. de reformat. capit. 12. optimè observant Sbrozz. de officio vicarij lib. 1. question. 3. num. 17. & quest. 36. num. 10. Riccius in collect. decis. part. 5. coll. 1618. Quemadmodum enim oculi sunt certissimi pietatis, amoris, ac benevolentiae indices, ita in Archidiaconis hæc pietas, amor, & benevolenta debent residere.

## DISTINCTIO. XCV.

## CAP. Pervenit. I.

## SYMMARIVM.

- 1 Non potest presbyter confirmationis sacramentū propria autoritate exercere.
- 2 Vtrum Papa possit delegare simplici sacerdoti confirmationis sacramentum?
- 3 Soli presbyteri Eucharistiam conficiunt.
- 4 Episcopus est ordinarius ordinum minister.
- 5 Abbates iure olim communi, & nunc ex Tridentino minores ordines conferunt.
- 6 De quibus id intelligatur Abbatibus, & num de licentia episcopi conferat eos subditis episcoporum?
- 7 Vtrum simplex sacerdos ex delegatione Papæ presbyterium conferre possit? & num. 8.
- 9 Probabile est posse simplicem sacerdotem ex commissione subdiaconatum impetriri, & diaconatum.

**I**N textu. Videtur collendum ex eo, posse quemlibet presbyterum ex se confirmationis sacramentum conficeret, sed absque dubio negandum est, ad quod post

Glossam, 1. in cap. quanto de consuetud. & Trid. sess. 7. de confirmat. Can. 3. vide D. Thom. 3. part. quest. 72. art. 11. Soto in 4. dist. 7. quest. 1. art. 11. in principio Covar. lib. 1. variat. cap. 10. num. 6. & ad intellectum huius textus vide Glossam 1. verl. sed ill. leg. in regula, ea, que fiunt, lib. 6. & omnes ibi cursus Anchæ. à num. 3. & 4. Ledesma prima quarti, quest. 13. art. 11. vers. Tertia opinio, omnino Covar. de lib. 1. cap. 10. num. 11. ad fin. ubi reprehendit Durand. & alios abdacter loquentes, Sylvester. in summa verbo, confirmatio num. 1. ad medium Rodriguez. in summa 1. tom. cap. 69. num. 1.

In text. ibi, *Sed si, iuncta Glossa verbo, Concedimus.* Notatur ex hoc textu, & Glossa questio illa, Vtrum Papa possit delegare simplici sacerdoti confirmationis sacramentum? Negant Maior. Gabriel. in 4. dist. 7. quest. unica vers. Alia opinio Durand. ibidem dist. 7. quest. 3. & 4. Soto eadem dist. quest. 1. vers. Ad tertium. Adrian. in 4. de confirmat. art. 3. vers. Secundo principaliter, num. 6. Attamen contrarium est dicendum, de quo vide Vivald. in Candelabr. de confirmat. numer. 26. Egid. de Coninck. de sacram. quest. 72. artic. 11. dubio unico, num. 104. Suar. de sacram. 3. tom. quest. 72. sect. 2. vers. Dicendum. Vasquez de ordin. disput. 243. cap. 3. 4. 5. & 6. Azor 10mo 2. lib. 3. cap. 30. vers. Quartu quare potest, & vers. Quæres an si episcopus. Novart. cons. 1. 4. de privilegijs, num. 1. Sylvester. ubi supra num. 1. in fine. Armil. in summa verbo, confirmatio num. 3. qui fere omnes textum nostrum, & Glossam referunt

In Glossa, verbo, *Concedimus* verl. *veletiam.* Quatentus habet, quod solo presbyteri confidere possunt Eucharistiam, notat Abbas in cap. 1. §. una yero num. 1. de summa Trinit. & in cap. 2. de furtis in fine.

In eadem Glossa, ibi, *Confert Diaconatum.* Oppignoratam libero fidem, quam dedi supradist. 24. cap. 7. numer. 3. circa ministrum ordinatum, & ut certa ab incertis separaremus sequentes statuo conclusiones. Sit prima. Episcopus sive hereticus, sive excommunicatus, sive suspensus, aut degradatus est minister ordinarius omnium ordinum. Hæc conclusio quoad primam partem est de fide per Trid. Can. 7. sess. 23. de reformat. de sacram. ordin. & Florent. in litteris Eugenij. & probat, cap. manus de consecrat. distinctione 5. & praxis nova episcop. 1. part. cap. 1. num. 6. Bonacim. de sacram. disput. 8. quest. unica, punct. 5. Iedoc. Corci. in Thesauro Catholicæ lib. 7. à numer. 18. & D. Thom. 3. part. quest. 65. à 3. ad 2. Bonavent. in 4. dist. 25. artic. 1. q. 1. ubi Richard. à 1. q. 1. Palud. q. 1. art. 2. Reginald. in Praxi lib. 30. num. 3. Qui fundamentum dedu-

deducunt tām ex Trident. quām ex Florent. in litteris Eugenij. Secunda pars probatur; quia potestas ordinis perpetuā manet insimul cum charactere, qui est indelebilis; & quanvis solo iure ecclesiastico facultas hēc conferendi minores concessa fuerit episcopis; quatenus sub lite est, an omnes ordines sint à Christo instituti, & sint sacramenta, noluit unquam ecclesia irritare illos, ut poté veros; Maxime quia maiores ab ijs ministris collati non erunt rependi, ergo neque minores.

**5** Secunda conclusio. Iure communi concessum est Abbatibus, ut minores ordines conferre possint; ita conceditur in cap. 1. & 2. supra distinction. 21. & in cap. quoniam supra distinction. 69; & in cap. cum contingat de etate, & qualitate, & ibi Glossa, vers. Nota quod Abbates, & in cap. Abbates de privilegijs, in 6. & Glossa in cap. 1. vers. Alia de supplenda negligentia prælatorum. Sotus in 4. dist. 23. quest. 1. vers. Abbatibus, Butrius in cap. cum inter de sentent. & reiudicata Abbas. in cap. Quanto nr. 9. de consuetudine. Bellam. citato cap. cum contingat. quest. 1. ibique Cardin. notabili 1. Abb. num. 2. Butrius, num. 13. Ioann. Andr. in principio. Anchay. notabili 1. & ut communis opinio DD. Navarr. cons. 13. Abbatibus num. 13. de privilegijs Innocent. in cap. 1. num. 1. de etate, & qualitate, ubi Additio subiectit esse communica. Firmat Hostiens in summa de episcop. qui resiunt. episcopat. Lopus allegat. 138. nu. 6. Felic. in cap. eam te num. 8. de rescript. Ioann. de Selva tract. de benefi. part. 2. quest. 6 post. num. 3. Geminianus in cap. Abbates de privilegijs in 6. num. 6. Maiol. de irregulare lib. 3. cap. 23. nu. 12. Sayrus in Thesau. lib. 4. cap. 13. post. num. 15. Covar. lib. 1. variar. cap. 10. numer. 9. Victoria de sacram. num. 222. Bellarm. de clericis cap. 27. Nugunin. 3 part. D. Thom. questione 38. articul. 1. Azor inst. part. 2. lib. 5. cap. 1. questione 12. & confirmare videtur ex Trident. in cap. 10. seb. 23. de reformat. ubi de hoc nihil fuit immutatum.

**6** Hęc tamen facultas restringitur, ut Abbatibus, & alijs quibuscumque exemptis non licet in posterum intra fines alicuius diœcesis existentibus, nisi subditis suis regularibus minores ordines, & tonsuram conferre sorbus in additionibus ad Compend. privilegi. Mendicantū verbo, Ordines sacri, vers. Notandum quod sacra congregatio, inquit, declaravit, quod Abbates regulares habentes ius baculum deferendi, & myrram, postquam sacerdotalem ordinē, & munus benedictionis suscepereunt, possint minores ordines secularibus episcopi subiectis conferre, si dimissorias non generatim, sed cum hac concessione habeant, & idem declarasse respectu regularium, qui, & à suis superioribus, & ab episcopo loci consensum haberet, & enī consensum episcopi loci requiri respectu etiam aliorum, qui ab aliena diœcesi cum dimissorijs specialibus veniant, ut possint ordinari per Abbates. Ceterum. Seraphinus decis. 985.

part. 1. voto Rotæ responsum fuisse ait, non licere Abbatibus promovere personas seculares, etiam cum litteris dimissorijs suorum episcoporum, & sequitur Campanile in divers. iuris Rubr. 6. cap. 2. ante num. 7. unde num. 9. colligit tria requiri in Abbat, ut promoveat ad ordines; nempe quod sit presbyter, quod benedictionem accipiat per manus impositionem ab episcopo, aut benedicti solitus, si eum episcopus benedicere negligat. Tandem quod proprio monacho conferat. Franciscus Marcus decis. Delphiniat. 1082. num. 2. lib. 1. Ad maiores iam ascendamus ordines.

Tertia cōclusio. Sacerdotes qđ episcopine, queūt cōferre sacerdotiū, etiā vigore delegationis eis factæ à Papa. Hęc proposicio est cōmuniūnissima à paucioribus non recepta. Eam tenet D. Thom. in 4. dist. 25. q. 1. ad 2. & in supplem. ad 3. p. quest. 38. articul. 1. ad 3. ubi Sylvius. §. Virtus veđ Navarr. lib. 5. cons. consil. 14. de privileg. Covar. lib. 1. variar. cap. 10. num. 10. Sol. in 4. dist. 25. quest. 1. artic. 1. ad 2. & dist. 7. quest. unic. artic. 11. Astas. lib. 6. tit. 3. artic. 1. quest. 2. Collectarius in cap. Quanto de consuetud. Victoria in summa num. 237. Tunc rem hic num. 3. frater Emman. in summa cap. 13. num. 4. Vivald. de sacrament. ord. tit. de ministro, §. Octavo si Papa Pet. Ledesma tom. 1. del sacramento de la Orden, cap. 5. conclus. 2. Agydius de sacramen. ordin. disput. 20. dub. 9. num. 86. Campanil. in divers. Rubr. 6. cap. 2. num. 13. Clemēs Molian. Cardinalis in Compend. institut. Thislog. de sacrament. ord. cap. 53. littera H. proposita D. Hieronymi sententia ad Evag. concludit, nos credere ex fide teneri non posse Papam eam facultatem concedere, præsertim conferendi sacerdotium. Martinus de Ledesma 2. 4. quest. 40. artic. 1. conclus. 2. Sayrus de sacrament. lib. 6. cap. 3. quest. unic. num. 5. Antonius Albertanus in summa compend. sacram. 1 part. cap. 46. num. 4. Isidor. Mosconius de maiestate militantis ecclesie lib. 1. part. 2. cap. 1. fol. 395. in fine vers. Ex privilegio. Inclinat Suar. de sacra. quest. 72. disput. 36. sect. 2. §. secunda sententia, ubi obiter affirmat, in auditum esse in ecclesia, posse simplici sacerdoti committi, ut sacerdotes ordinet Theologi in 4. Palud. distinct. 7. questione 4. num. 20. conclus. 2. Ovand. lib. 4. dist. 25. proposit. 1.

Vnde apparet singularitas contrariæ opinionis, cui favere videtur Innocentius sed retulit ex Sylvestr., & non affirmavit, ut expediti verba patebit loco quo eum citat, & secum pertrahit in contrarium Ochagavia tract. unico de sacram. ordin. quest. 7. num. 10. summa Angelica, verbo, Ordo; Prapositus hic num. 7. allegat Panormitan. in d. cap. quanto de consuetudine, numer. 4. enīx defendit Vasquez de sacrament. ordinis disputat. 248. capit. 4. vers. itaque sub. numer. 41. ubi ponit præcipuum fundamentum ex Concilij Antiocheni testimonio Can. 10. & ex Concil. Ancyran. Can. 13. Choromscopi, qui ex multorum opinionē non erant episcopi, rigore commis-  
sionis

sionis ordines sacros usque ad sacerdotium ministrare consueverunt. At in re adeo gravi, dubio satis insultat pede adversus torrentem DD. & autoritatem D. Thomae, quae magna est. Nostra præcipua conclusio probatur primò. Quia in tot annorum spatio nullibi apparer commissio eius ordinationis facta simplici sacerdoti, quod magnum est indicium non validæ facultatis. Secundò quia, ad episcopalem dignitatem pertinet eum ordinem conferre, quo immediata potestas tribuitur in corpus Christi verum, sicut in corpus Christi mysticum, propter eminentiam illius dignitatis; Ergo simplici sacerdoti de mandari non potest. Si quando verò urgeat commissio facta corepiscopis pro ordinandis subdiaconis, dic tunc temporis non esse certum, quod subdiaconatus foret ordo sacerdotum, iuxta ea quæ supra diximus in cap. si quis eorum dist. 32.

Quarta conclusio. Summus Pontifex potest delegare simplici sacerdoti potestatem conferendi subdiaconatum, & diaconatum. Prior pars probabilissima est tā autoritate eorum, quos p contraria retuli cōclusionē superiori, tum etiam Glossa in præsenti. Indicat Gelasius epist. 2. cap. 8. monens presbyteros meminisse sibi nulla ratione concedi sine summo Pontifice subdiaconū, & Accolytum ius habere faciens Tertianus in Addition. ad Concil. Nicænum, cap. 4. Sylvius in 3 part. cit. dubitat Martinus de Ledesma, citatus, quamquam sualum sibi esse ostendit, ex dicto aliquorum per diploma summi Pontificis munus hoc concessum fuisse simplici sacerdoti. & præter alios allegat. Vasquez. Aureolum apud Capreolum in 4. dist. 25. quast. 1. art. 2. & concessionem factam Abbatibus Cisterciensibus, quam Victoria in summa, num. 235. testatur se legisse in quadam bulla, & alij in Additione ad summam Toleti. Vnde deducitur fundamentū, quia non est concedendum summum Pontificē errare posse in re tanti momenti. Ceterum apud me valeret congruentia sancti Thomae, quam posuit in probatione tertiae conclusionis: nisi locum cedendum fore existimarem tatis Doctoribus, secunda pars conclusionis probabilitatem sumit ex quadam bulla, quam Joannes Maior refert in 4. dist. 7. q. unic. §. Secundò arguitur non multum ante fine in se vidisse, & ex nobilibus Theologis afferentibus prælatis Franciscanis in India hoc privilegium fuisse datū, & Vasquez se aliam inspexisse bullā testatur, in qua Innocentius VIII. prædictū privilegium Cisterciensibus datum continebat, & haberet in nova compilatione privilegiorum, privilegio 118. & affervari in bibliotheca Collegij. Complutens. Societatis. datū Romæ anno 1489. & 4. Pontificat. Innocent. prædict. 8. cuius meminit Navarr. lib. 5. consil. 14. de privilegijs, & dicit Abbates Cisterciens. Ord. ante Concil. Trident.

semper usos fuisse eo privilegio, & facultate, de quo maximè dubitat Sylvius allegatus, an manaverit à summo Pontifice, & ego anticipè relinquo, quia nec argumentum, de quo Glossa in præsenti, ex cap. Quantio de consuetudine, admodum firmum est, propter pulchram diffi- rentiam, quam D. Thom. penit. inter collationem ordinis sacerdi, & confirmationis. Ex quibus facile inferes, quid de cōmissione facienda diaconis in cōfrēdos ordines sacros tertiī possit.

### CAP. Presbyteros, II.

#### SUMMARYM.

I. Vtrum sacramentum Vnctionis sanis, furiosis, & pueris, alijsq; id generis administrari debeat? & numeris sequentibus.

**I**N §. Istud. vers. Imfirmatur quis

Vtrum etiam hoc sacramentum Vnctionis sanis, furiosis, pueris, & ad mortem damnatis sit exhibendum; vide Sotum in 4. dist. 23. q. 2. art. 2. Suar. tom. 4. de panit. disp. 42. seft. 1. ann. 5. Dominic. in cap. super eo, vnu. 6. de heretic. lib. 6. ubi dicit de facto respondisse D. Thom. in 4. aift. 23. q. 2. art. 2. Archidiacon. in nostro textu. Gom. de sacram. præstantis q. 2. per totam Sylvest. in summa verbo, Vndic. num. 5. Aramil. eodem, verbo, num. 6. & 7. & præter alios novissimè Lusitanus noster More in Compendio moral. 1 part. cap. 13. §. O sogeito capaz. Pro cuius questionis solutione, iéquentes accipe conclusiones.

Prima conclusio. Sacramentū extremæ Vnctionis non hominibus sanis sed foliis infirmis gravi morbo laborantibus est conferendū. Similitet nō est huiusmodi. Sacramentū foliis hominibus adhibendū, qui vel bellū aliquod periculorum adoriantur, vel diuturnā inscipiūc navigationē, vel tandem extremo capitū suppliō sunt addicti, penitusq; devoti. Ita DD. ad cap. cum venisset de sacra Vnctione, ibi, salvabit infirmū. Gama de sacram. præstant uli. supplicio damnatis q. 2. 2 princip. Petrus Alfonſus de Vasconel. in harmonia rubric. sub hoc tit. de sacra Vnct. num. 8. Petr. de Ledesma. in tract. de Sacram. Vnction. cap. 6. à princip. Henr. lib. 3. cap. 11. §. 1. Eman. Rodr. quast. regular. tom. 3. q. 79. art. 2. & 3. Iacob de Graffis tom. 1. consil. lib. 1. tit. sacra Vnctio consil. 2. nū. 16. Barthol. ab Angelo dia- logo. 3. §. 129. ḡyd. Coniuk. disp. 19. dub. 7. Pusevin. de officio Curati cap. 9. n. 4. Benevent. de Sacram. pa- tentia cap. 15. q. 8. vct. diu secundò Ludovicus Miran- da tom. 1. q. 49. art. 2. Bonacina disp. 7. q. unica funda. 5. Suar. superiori numero relatus.

Secunda conclusio. Perpetui amentes, sive qui ab ipsa nativitate, vel infantia amentiam

Bbbb contra-

contraxerunt, non sunt capaces huius sacramenta, neque illis adhibendum est. Qui vero non sunt perpetuū amentes, sed aliquando habent usum rationis, & potuerunt actualiter peccare, huiusmodi sacramentum possunt recipere, illisque conferri debet, quanvis pro illo morbi statu amentes, furiosi, & phrenetici sint. Et opinio Theologorum communis, quos citat, & sequitur Suar. tom. de pœnit. disp. 42. sect. II. num. 5 & 6. Ratio est quia, ut persona absolute capax sit huius sacramenti, satis est quod fuerit capax peccati actualis, devotionis, temptationis, & resistentiae; sed capacitas ad hos actus solum data fuit in eo, qui aliquando habuit rationis usum non vero in eo, qui perpetuum habet amentiam; ergo non huic, sed illi exhibendū est Vocationis Sacramentum. Egregie tamen obseruat idem Suar. num. 8. non esse dandam Vocationem illi homini, de quo constat amississe usum rationis in statu peccati mortalis, neque post commissum peccatum aliquod doloris signum exhibuit.

**4** Tertia conclusio. Infantes, vel pueri dum sunt in ea etate, quæ doli, & peccati incapax est, non sunt capaces huius Sacramenti: est etiam communissima opinio, ut liquet ex eodem Suar. cit. num. 3. ideoque prolixioribus disputationibus supersedeo.

### CAP. Illud. III.

#### SUMMARY.

**I** *Sacmenta à non pœnitentibus recipi non possunt.*

**I** N textu, ibi, *Non pœnitentibus illud fundi non potest.* Collige ex hoc textu, sacramenta non posse recipi ab illis, qui in mortifera culpa existunt, unde post cap. per Isayam I. quæst. 1. & D. Thom. 3. part. quæst. 64. art. 6. & in 4. distinct. 5. quæst. 4. artic. 2. optimè Navarr. de pœnitent. distinction. 5. in 3. part. Glossa, summa num. 33. & in Manual cap. 4. num. 15. Gregor. Lopez part. I. III. 4. l. 1. Glossa, verbo, Reciba.

### CAP. Presbyteri. IV.

#### SUMMARY.

**I** *Oleum Chrismatis, intra quod tempus debeat peti à parochi?*

**I** N textu. Presbyteri quibus incumbit habere in ecclesijs suis oleum ad baptismum, confirmationem, &unctionem debent illud per se ab episcopis suis petere, vel per diaconum, aut alium similem sacris initiatum. Notat Turrecrum. hic, & prescribit formā, & modū petendi, & portandi huiusmodi oleū; & vide Constitut. Olyssipponen. tit. 6. Constit. 1. Porci. galen tit. 8. Constit. 2. num. 2. Egitanus. lib. I. III. 11. cap. 4. Vicens. lib. 3. tit. 6. Constit. 1. num. 2. Lamaccens. III. 8. Constit. 2. §. 1.

### CAP. Olim. V.

#### SUMMARY.

**I** *An possit quis in episcopum eligi, qui sit presbyter?*

**I** N textu. Duæ quæstiones deducuntur ex illo. Prima an episcopus, & presbyter idem sint? Secunda, utrum possit quis in episcopum assumi, quin presbyter sit? Ad quas vide plenissimè quæ diximus in cap. legitimus, nn. 3. 93. dist. & in cap. sollicitudo, nn. 4. & 16. 52. distinct. Præter hoc notat nostrum textum Præposit. in Canones, num. 3. in fin. dist. 15. Lancelot. in tempore omnium iudicium lib. 2. cap. 5. num. 16.

### CAP. Ecce ego. VI.

#### SUMMARY.

**I** *Vtrum presbyteri ex officio prædicent?*  
**2** *Sacerdos in missa potest benedictionem populo dare, & eam ab ipso episcopo petere.*  
**3** *Poterit tamen absque licentia episcopi populo in fine missæ benedicere.*

**I** N textu, ibi, *Prædicare.* An presbyteri prædicens, vide Mandatum alios plurimos citantem in regula 20. Chancellar. num. 10. qui textū nostrū notat, & præter eum faciūt quæ supra diximus in cap. Diaconi sunt 23. vers. ipse prædicat. 93. dist.

*In Glossa, verbo, Benedicere.*

Potest ergo sacerdos, præfete episcopo in missa benedictionē populo dare, eā ab episcopo petens, quā ipse nō negabit sacerdoti: prosequitur Fulvius Pacian. de probat. lib. 2. cap. 26. num. 81. cui resolu-

resolutioni non obstat textus in cap. ministrare 26. quæst. 6. ibi. Benedictionem quoque super plebem in ecclesia fundere, aut pœnitentem in ecclesia benedicere presbytero penitus non licebit, ubi cōmuni- ter DD. & in cap. 3. de privileg. lib. 6. notant quod solis episcopis competit benedicere. Respon- detur enim, textum illum, & DD. loqui in be- nedictione solemani, quæ solis episcopis reser- vata est, non autem in privata, quæ præbyte- ris conceditur; Sic explicat, & intelligit post alios Lusitanus noster Ferdin. Paez in repetitione capi- tuli. Missarum, de consecrat. dist. I. n. 123. & ibi, no- tabilem appellat Glossam hanc.

**3 In eadem Glossa in fine, ibi,**  
**vel Dic.** Ex ea colligitur, ministrantem coram episcopo posse benedice- re, absque eo quod petat licentiam benedicē- di; ex eo, quia eo ipso, quod episcopus simpli- cies sacerdotis missam audit, eique permituit celebrare, tacitè videtur permettere, vel dele- gare benedictionem illam privatam, quæ fit, in fine missæ: per illa verba, *Benedicat vos omni- potens Deus, &c.* Notat, & docet Paez ubi proximé num. 226. dicens, Glossam hāc communi- ter receptam esse.

**CAP. Esto subiectus. VII.****SUMMARY.**

- 1 Subditi debent Prælato suo debitā pre- stare reverentiam.
- 2 Oportet, ut episcopi clericos suos non ut seruos tractent.

**I**N textu. Subditi prælatos revereri debet, eis effectum dilectionis im- pendendo. Vide Rebuff. conf. 194. in principio. vers. Secundo, optimè Chassan. in Catalog. Glo- ria mundi, part. I. considerat. 72. ubi latè prosequitur varios modos obediendi prælatis. Trident. sess. 13. de reformat. cap. I. in principio, conducunt ad textum, que scribit Tiraquel. Connubial. I. I. Glossa I. part. I. numer. 5. & 41.

In textu, post principium, ibi. Sed episcopi sacerdotes se esse nove- rint, non dominos. Nota ex textu, quod de- licet nomen Episcopus ad dignitatem, & honoris potestatem pertineat, hoc tamen nomen dominus erga prælatos, & superiores potius ad tyrannidem videtur pertinere, ut per Cassan. in consuetud. Burg. in proœ- mio, verbo, *Seigneur* in principio iam citatum in

cap. dictum supra distin. 94. & faciunt maximè ad propositum, quæ ibi notata habes. Episcopi igitur si à clericis honorari velint, tanquam clericos honorare debent, nō eos ut seruos, aut famulos contempnere; Notat in simil. Tiraquel. textum nostrum citans connub. I. 13. Glossa I. part. 3. num. 41. Vide posita ad cap. cum beatus 8. num. 5. supra distin. 45.

**CAP. Non oporter. VIII.****SUMMARY.**

- I Clerici nō praecant episcopis in ingressu ad chorū.

**I**N textu. Non debent presbyteri ante- cedere ingressum episcopi ad chorū, sed eum subseque, vide Cassan. in Cat- alog. d. considerat. 72. in principio, & quæ habes supra in cap. proximo, omnia enim huic inser- viunt.

**CAP. Episcopus. IX.****SUMMARY.**

- I Ante episcopum sedentem nō stet pres- byter.

**I**N textu. Episcopus sedens non patiatur quod ante eum sit presbyter, meminit huius textus Lancelot. in templo omnium iudicium d. lib. 2. cap. 5. §. 3. num. 7. Intelligitur ta- men hoc, ut non procedat, quando eis incum- bat onus standi, iuxta textum in I. quisquam, ult. Cod. de postulando.

**CAP. Episcopus. X.****SUMMARY.**

- I Episcopus in sua cathedrali debet sede- re in loco sublimiori.

**I**N textu. Episcopus in ecclesia sedeat in loco sublimiori, quam reliqui presbyteri, extra eam vero illos, ut col- legas debet estimare, vide Lancelot. ubi proxi- me. Gam. I. p. decim. 1. n. 5. Tid. sess. 25. de reformat. cap. 6. post med. & cap. 17. in fin. Abb. in cap. I. nu. I. de excessibus prælatorum, qui addit ab episcopo presbyteros ut filios habendos esse, non ut vassallos.

## CAP. Presbyter. XI.

## SUMMARY.

- 1 An possit presbyter de mandato sui episcopi sacramentum confirmationis administrare?
- 2 Episcopus est solus minister proprius sacramenti Confirmationis.

**I**N textu. Videbatur enim deduci ex eo, posse presbyteros sacramentū Confirmationis de mandato episcopi exercere; vide tamen ad intellectum, & explicationē huius textus Patrem Francisc. Suar. de sacram. tom. 1. questione 72. disput. 36. sectio. 1. colum. 5. ad medium. Ut verō plenam habeas quæstionis resolutionem, sequentem accipe conclusionem.

**2** Sit vera conclusio. Ordinarius minister Sacramenti Confirmationis est solus episcopus ordinatus. Vnde simplex Sacerdos neq; propria auctoritate, neque de commissione episcopi potest Confirmare, nisi ex sola delegatione Summi Pontificis. Hanc doctrinam colligunt Doctores ex cap. unico, §. per frontis chrismanionem de Sacra Vnctione Covat. lib. 1. cap. 10. num. 6. & 14. Petr. de Ledesma tract. de Sacram. Confirm. cap. 1. Iodocc. Cocc. tom. 2. thesauri catholici lib. 5. art. ult. Chamer. tractat. de Confim. capit. 5. Vgolin. de potestate Episcopi cap. 25. num. 2. & 3. Navar. cons. 14 num. 2. tit. de privilegijs. Jacob de Graffis consil. 1. num. 5. & in decisi. aur. part. 2. lib. 1. cap. 5. num. 29. & 30. Baldum. Iun. super opera controvers. Bellarmini part. 2. lib. 2. cap. 6. vers. Catholicī omnes. Egyd. Coninck de Confirm. questione 72. num. 97. & numer. 105. Ludovicus Miranda in manu. Pralat. tomo primo quast. 44. artic. 1. concl. unica. Reginal. in praxi lib. 28. num. 17. Bonacina de Sacram. disp. 3. quast. unica puncto 2. Armen- dat. in addition. ad recopil. legum Navarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de episcopis num. 77.

## CAP. Presbyteri. XII.

## SUMMARY.

- 1 Concilium Neocæsariense, quo tempore fuerit celebratum?
- 2 Presbyteri rurales, præsente episcopo non possunt officia sua exercere.
- 3 Quid sit ecclesia, & quibus modis dicatur?

**I**N subscriptione, ibi. Item ex i. Concilio Neocæsariensi. Quo anno fuit celebratum hoc Concilium, & quis illi interfuit, vide supra in cap. Prima 2. num. 3. 16. dist. & in cap. presbyter num. 1. 28. dist.

**In textu.** Presbyteri rurales in ecclesiis civitatis præsente episcopo, vel clericis urbis non possunt eorum officia exercere, Adducitur à Preposito hic, num. 1.

**In textu, ibi, Ecclesia.** Quid sit, & quibus modis accipiatur, post Glossam in cap. querela, verbo, Ecclesia, ne prælati vices suas. & Isidor. Moscon de maiestate milit. ecclesia in prælud. pag. 5. littera B. Sylvester, in summa, verbo, ecclesia in principio; vide Corream in citata select. ad cap. inter alia de immunit. part. 1. num. 7 & 8. & ibi plures. Adde posita ad cap. ult. num. 2. dist. 68. Latinus ad cap. ult. num. 3. & sequent. dist. 81.

## DISTINCTIO. XCVI.

## CAP. Benè quidem. I.

## SUMMARY.

- 1 Laici non possunt disponere, neque cognoscere de causis ecclesiasticis.
- 2 Divisio causarum in merè ecclesiasticas, vel non merè, & in temporales, seu mixtas.
- 3 Omnis potestas tam temporalis, quam spiritualis à Deo emanavit, sed tamen diversimode comunicatur inferioribus. & num. 4.
- 4 Authores, qui agunt de casibus, in quibus iudex secularis admittitur, in spiritualibus causis, vel ab eis repellitur.
- 5 Vtrum laicus possit esse iudex in causa possessoria spirituali?
- 6 Vtrum secularis iudex possit cognoscere de quæstione facti rei spiritualis?
- 7 Plenarium dicitur, quod adiectione non indiget.
- 8 Vrùm clericis teneantur servare statuta laicorum quoad vim directivam?
- 9 Vrùm clericis teneantur servare leges civiles absque praividitio ecclesia?
- 10 Vrùm laici possint se intromittere in electione summi Pontificis?

- 12 Varijs titulis, & nominibus Reges solent nuncupari, & n. 13. 14. & 15.
- 16 Odoacer Rex quis fuit, & quomodo obiit?
- 17 Cresconius episcopus quis fuit?
- 18 Tudertini populi unde dicti?
- 19 Prædia rustica, & prædia urbana que sint? & an molindinum, & navis inter illa numerentur?
- 20 Res ecclesiæ alienari non possunt, & quando liceat?
- 21 Cognoscitur Maximus episcopus Bletrane.
- 22 An potestas excommunicandi laicis possit delegari?
- 23 Principes seculares non possunt condere leges circa spiritualia, & an leges civiles cohibentes matrimonia per pænas validæ sint?
- 24 Vtrum lex civilis generaliter loquēs, nulla facta mentione de rebus, seu personis ecclesiasticis, servetur in iudicio ecclesiastico, ubi Canon non repugnat?
- 25 Stephanus episcopus Venusiae quis fuerit?
- 26 Laurentius episcopus Mediolanensis quis fuerit?
- 27 Petrus episcopus Ravenæ noscitur.
- 28 Qui prius in synodo loquitur moiore prærogativam habet.
- 29 Quanvis summus Pontifex possit omnes causas laicis delegare, non ita prelati inferiores.
- 30 An summus Pontifex possit delegare laicis iurisdictionem spiritualem?

**I**N textū. Qui allegatione memoratus est, longitudine prolixus, quætionibus intricatus, materiaque amplius, & ideo quanvis remissive explicitur, nunquam tamen breviter tractabitur, cuius præcipua conclusio est, laicos non posse disponere, seu agere de rebus ecclesiasticis: tenet Abb. in cap. ab excommunicato, num. 6. de rescriptis, & in cap. tuam num. 7. de ordine cognitionum. Turrecrem. hic à num. 1. & sequentibus. Præpositus ibidem, & Archidiac. à nu. 8. & 9. Iacobat. de concilio lib. 7. art. 7. post principiū veri. Secundò facit. Suar. in Anglican. lib. 3. cap. 18. n. 2. & sequentibus, optimè Covar. in cap. Alma, 1. p. 9. II. n. 3. cap. 2. de iudicijs cap. ecclesia sancte Mariæ, de constitut. Navarr. in cap. cum contingat. 2. causa nullatis numer. II. & in casu speciali, Vantius tit.

ex defectu iurisdictionis ordinariae à numer. 54. idem Covar. de sponsalibus 2. p. cap. 8. §. 3. n. 4. & §. 12. n. 3. Menoch. recuperanda remedio 15. nu. 338. Simanch. de catholicis II. 36. num. 1. & in praxi baresecos tit. 66. in principio. Jason in L. quovies Cod. de iudi. Dec. in cap. 2. eodem in. num. 24. textus in cap. ult. de rebus ecclesiæ textus in d. cap. tuam de ordine cognitionū, textus in c. Iator, ibi Coram seculari super hereditate, qui filij sint legitiimi textus in c. Ut inquisitionis vers. prohibemus, ibi quoquo modo, & illic Glossa de hereticis in 6. Glossa q. in cap. si iudex 12. eodem lib. de sententia excommunicationis, & vide posita ad cap. præter, num. 15. dist. 32.

Causæ quædam sunt merè ecclesiastice, vel non merè, quædam merè temporales, aut mixta. Collige divisionem ex textu in cap. ut inquisitionis vers. prohibemus de hereticis in 6. ibi, merè ecclesiasticum c. super eo 12. ibi, in causis quoque ecclesiasticis de appellat. c. 2. ibi ecclesiasticum 4. q. 1. c. cum sit generale ubi Glossa ult. de foro competit. Abb. ibi, n. 30. textus ubi Glossa, Bald. & Salicet. in Ambent. Clericus C. de Episcop. & clericis Rebuff. in arborem exceptionum vers. Secunda divisio, num 200. cum sequentibus. Navarr. in c. novit de iudic. notabili. 6. nu. 23. & 42. & quidquid sit de varietate Authorum in explicandis, & distinguendis prædictis membris, ut per Navarr. proximè citatum, Simanch. de catholicis cap. 36. n. 1. Covar. 3. variat. cap. 3. n. 1. vers. Ego, quos videre poteris, & ibi quæ illa sint.

Nota ulterius; quod licet omnis potestas tā spiritualis, seu ecclesiastica, quā temporalis, aut publica à Deo sit iuxta illud Pauli ad Roman. 13. Non est potestas nisi à Deo, & illud Evangelij Ioann. 19. Non haberes potestatē in me ullam, &c. Refertur uterq; locus in c. movet vers. Sed sciendū 22 q. 1. cū alijs, de quibus per Bellarm. in 1. part. controvers. de laicis lib. 3. ex cap. 2. & Molin. de iustitia tom. 1. tract. 2. disp. 27. Nihilominus tamē potestas spiritualis, seu ecclesiastica in lege gratiæ, per quā in bonū spirituale, & finem supernaturalē, & media eidem accommodata diriguntur, à Christo Dño immediatè concessa fuit Petro, & eius successoribus Romanis Pontificibus, per illa verba, Ieanu. ult. n. 18. Pascere oves meas, & Matth. 16. nu. 19. & n. 18. Tibi dabo claves, & quatuorq; ligaveris, &c. ut à Divo Petro, & eius successoribus, velut à capite in episcopos, & alios ecclesiæ prælatos immediate dirivetur, c. ita Dñs, 19. dist. libr. Vt ab ipso tanquā à quodā capite, &c. ut ibi notavimus, & post Turrec. & alios Covar. in præf. c. 1. n. 2. & d. c. 31. n. 2. vers. 1. Navar. in c. novit de iudic. notabili 3. à n. 81. Bellarm. d. 1 p. lib. 4. de Romano Pōfifice, c. 22. & 24. Molin. ibi supra disp. 21. & latè Bursat. in consil. 125. à num. 49. Potestas vero temporalis, seu politica ad externam inter subditos pacē conservādam, & in finē naturalē, ut bene vivamus in naturalibus Regi, vel Principi Republicæ à Deo tanquā naturę Authorē, mediane lumine naturali cōcessa fuit, & ab illo tanquā ē fōrē in reliquos

reliquo*s inferiores Republicæ Magistratus dimanat, d. cap. solita de maioru. & obedientia, l. i. ibi Populus, &c. ff. de constitut. principam, post alios vide Covar. d. cap. 1. num. 6. Navarr. d. notab. 3. num. 85. Molin. disput. 26. optimè suar. in defensione fidei lib. 3. cap. 1. & 2. cum sequentibus ubi plenissimè de hac materia: Sanè licet eiusmodi potestates in multis distinguantur, & descriptæ sint, ut colligitur ex cap. quoniam, & ijs, quæ ibi diximus 10. distictione, ibi Virtusque potestatis officia discrevit, plures differentias prosequitur Navar. ubi proximè num. 88. & Molin. d. disput. 21. vers. habemus, quia tamen spiritualis, vel ecclesiastica longè superior est, & dignior, ut significat, d. cap. duo, vers. Quia etiam, cap. solita cum alijs, & temporalis, seu politica illi tanquam subordinata, & quodā modo subalterna subiicitur; potest aliquando ecclesia, & Romanus Pontifex de temporalibus disponere in ordinem ad suum finē supernaturalem, iuxta cap. per venerabilem vers. Rationabil. qui filij sint legitimi ibi. Certis causis impeditis temporalem iurisdictionem exercemus, & tradita per Bellar. in d. controvers. de Romano Pontifice, lib. 5. cap. 6. & Molin disput. 29. & præterea potest non nullas causas natura sua temporales, & ad temporalem potestatem pertinentes ab eadē eximere, & ecclesiastico tantum iudicio iuste reservare, ut patet ex cap. 2. de foro compet. cum alijs.*

**4** His consequens est, potestatem illam spirituali, vel ecclesiasticam, quam Christus Dominus in lege gratiæ Petro, & eius successoribus concessit, nesciam laicis principibus, vel Reipublicæ sacerdoti fuisse communicatam, sed magis denegatam, ut sat deducitur ex d. cap. solita de maioru. & ex illo Aler. 20. num. 28. ibi. Quos spiritus sanctus posuit regere ecclesiam Dei. Resolvat Almain. de potestate ecclesia, cap. 3. post alios Covar. d. cap. 31. num. 2. vers. Prima, & ex Patribus contra Berenti, & Henric. VIII. Britanniæ Regem, & quosdam hæreticos, tradit Bellarm. ubi proximè lib. 1. cap. 7. Victor. in Relect. de potestate civil. ante finem, ubi refert à Ioanne 22. damnatum fuisse errorem. Maisilij de Padua credentis, spiritualem iurisdictionem apud Imperatores extitisse. Meminere Covar. d. vers. Prima, & Burfat. d. conf. 125. numer. 45. vers. Ioann. 22.

**5** In quibus vero causis ecclesiasticis admittatur, vel non, iudex laicus, vide per textum in cap. ultimo in principio de rebus ecclesia, ibi obsequendi manet necessitas, non autoritas imperandi, iuncto summario nostri textus, & illius verbis ibi Anathema in ordinem ecclesiasticum dictere, & ibi Non licuit laicis statuendi in ecclesia. Optimè textus in cap. 2. de iudice. verbo, tractare, quo uterque tractatius tam principalis, quam incidens illis prohibetur; aperte probat textus in d. cap. tuam de ordin. cognit. Notant illuc Glossa ult. & Doctores communiter ex Abb. num. 7. in eodem textu in cap. dator. ibi. Coram sacerdoti super hereditate, & noui p. 1. §. 3. ddd 8

ibi. Super questionem nativitatis coram Nervicensi episcopo, qui filij sint legitimi, cap. ut inquisitionis vers. prohibemus ibi Quoquomodo ubi Glossa, & cōmunis de heretit. in 6. & vide Glossam 4. in cap. si index 12. de sententia excommunicat. illo lib. Iason. & cōmunis in L. quodvis numer. 6. Cod. de iudice. Dec. in cap. 2. eodem tit. num. 24. & alios per Vanc. tit. ex deficitu iurisdict. ordinari. à num. 54. Covar. de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 3. num. 4. & §. 12. num. 3. Menoch. recuper. remedio 15. num. 338. Mant. dialoq. 42. Simanch. de catholic. cap. 36. num. 1. & in proxib. heretos cap. 66. in principio. Ioann. Andr. Dec. in cap. 2. de iudice. num. 24. vers. Tertió fallit. Ripa ibidem numer. 13. Specul. quem tequitur Bald. in l. 2. Cod. de carbontano edicto, & in Aubent. es, qui, Cod. de bonis auctor. iudicis possidens. Communis ex Menoch. remunende remedio. 3. nu. 336. Gutier. in Canon lib. 1. cap. 34. numer. 46. Glossa ultim. in Clem. 1. de causa poss. Quorum sententiae contrarius est Covar. practic. cap. 35. numer. 1. vers. Prima licet aliter defendat Valasco. consult. 93. numer. 4. & 5. Vide præterea ad alios casus texum in capit. clerici, ibi. Ex aliqua consuetudine de iudice. & notat Glossa Abb. & alij, ibi. Aufter. de potest sacerdoti regul. 1. in principio. Rip. num. 15. in cap. 2. de iudice. Covar. in practic. cap. 31. num. 5. Roland. conf. 4. à num. 11. lib. 1. Gutier. Canon. cap. 34. num. 23. Glossa 1. in cap. 1. supra 10. distict. recepta communiter ex Covar. de sponsal. 2. part. cap. 8. num. 8. & Rojas in epilhom. succession. cap. 23. num. 17. Tradunt Abb. & communis per textum, ibi, in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi. Anch. num. 5. Domin. numer. 6. Franc. numer. 3. in cap. ultim. de iudice. in 6. Ripa. numer. 9. & 10. in cap. 2. eodem titul. in antiquis. Decius conf. 150. à num. 1. Hypolit. singulari. 367. qui loquuntur in alio calu, ubi iudex secularis prohibetur agere de re ecclesiastica, & circa eundem vide apud eosdem quam plures ampliations Glossa 1. ad texum in capit. contingit de arbitri. ubi Innocentius III. in hac verba. Prohibemus ne super spiritualibus compromittatur in laicum, quia non decet, ut laicus in talibus arbitretur. Conlonat l. idem Pomponius alias si de meis 14. §. Recipisse iuncta l. 1. ff. de arbitri. §. Omnia, ibi Arbitros, ubi communis. Inst. de action. & omnes in d. capit. 2. de iudice. Dec. ibidem, numer. 2. Felin. 6. vers. 3. & numer. 8. Ripa num. 12. Covar. de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 12. numer. 3. Blanc. de compromiss. quæstione 2. numer. 62. qui solvunt multa iura in contrarium. Decius tamen in capit. 2. de iudice. numer. 1. & 2. Rip. numer. 49. & 50. post alios Berous in dicto capit. contingit de arbitri. concedunt laicis, quod possint tanquam ministri agere de causis ecclesiasticis, licet contrarium intendere videatur Abb. in dict. cap. 2. de iudice. notab. 1. & ita possunt laici procuratores constitui in spiritualibus ad unum, vel plura negotia, sive in iuditio, cap. 1. de procuratoribus, in 6. ubi Glossa capit. 1. de Syndico, siue extra

**extra iudicium, velut ad resignandum, acceptandum, & permundandum beneficium, Glossa, verbo, Procuratorem, in Clement. I. de renunt. Praeterea in alijs causis ecclesiasticis se poterit laicus intromittere, ut videre est in cap. Quia propter, de electione. Dec. num. 8. Ripa num. 60. cum sequenti, in cap. 2. de indic. post alios Covar. practicar. cap. 19. num. 8. Sic etiam in alio casu, textus in cap. Statuum, §. Assessores, de rescript. in 6. l. Consiliar. ff. de officio assessor. Aufrer. de potest. secular. reg. 4. fallentia 34. & passim alij. Quem tamen casum limitatum reperies apud Innocent. Anton. Abb. & alios, ut per Dec. in cap. 2. de indic. nu. 17. Albert. in cap. I. quast. 10. num. 1. & 2. de heretic. in 6. & de agnoscend. quast. 26. à num. 11. An idem procedat in inquisitoribus, qui peritiorum consilia in causis fidei adhibent, iuxta textum in cap. ult. de heretic. in 6. vide Simanch. de cathol. tit. 41. num. 14. ad finem. Rojas de heretic. I. p. num. 422. & 2. p. num. 166.**

**6 Vtrum laicus possit esse iudex in causa possessoria spirituali, sive sit beneficialis, sive matrimonialis, aut quæcumq; alia? Vide per Glossam in cap. Litteras, de iuram. calumn. Glossam, & Doctores, in cap. Cum dilectus, verbo, iuramento, de elect. textum optimum in cap. ult. de indic. in principio, ibi, Florentina potestas, & ibi, Super possessione, vel quast. cap. Petimus, ibi, Rectorem provincie adire, & autoritate iudicaria, II. quast. 1. & cap. Causam, quæ. 2. qui filii sint legitimi. Abb. in d. cap. Litteras, num. 6. Multos citatos per Covar. in practic. cap. 35. num. 1. Menoch. recuper. remedio 15. num. 210. & per Gutierr. in Pract. lib. I. quast. 20. à principio, & in Canon. cap. 34. ex num. 22. Vasc. consult. 93. num. 5. Bursat. conf. 49. num. 8.**

**7 Quæres denique, utrum possit laicus cognoscere de quæstione facti rei spiritualis, vel ecclesiastice? Consule Fulgos. in l. Quoties, Cod. de indic. ubi Iason. num. 7. post Cuman. Imol. & alios, quos citat Abb. num. 10. ad cap. Tuam, de ordine cognition. & ibi Imol. in fine. Aretin. num. 3. in l. Omni novatione, Cod. de sacrosanct. eccles. Bart. in l. Tertia, à num. 3. ff. soluto matrim. Abb. in cap. Cum sit generale, de foro compet. num. 17. Ripa in cap. 2. de indic. num. 17. Covar. de sponsal. 2. p. cap. 8. §. 12. num. 3. Bernard. & Addition. in regula 229. Gutierr. Canonic. d. quæst. 34. num. 17. & multos, quos vide, per Padilb. in l. I. num. 57. ff. de iuris, & facti ignorancia. Bald. ad l. Filium, num. 19. & 20. Qui omnes supra citati, aliqui affirmant, alij vero negant.**

**8 In textu, ibi, Nec adiectione indiget plenitudo. Ergo plenarium dicitur, quod adiectione non indiget; notat Archidiac. in cap. Licet, num. 1. de prabend. lib. 6. ita, & plenum quoque dicitur, cui nihil addi potest, cap. Si omnia, in fine,**

**6. quæst. I. Hostiens. in cap. Per venerabilem, qui filii sunt legitimi, pag. 39. column. I. in principio. Bald. consi 338. in principio, lib. 3. ubi nominatum utrumque equiparat; notat Tiraq. textum nostrum ad considerandum, nullam esse differentiam inter plenariam, & plenam probationem, quem vide plures citantem, in retract. Lignagier. §. 4. Glossa I. num. 16. & 17. & sequentibus.**

**In textu, ibi, Quibus maxime cura est. Ex hoc versiculo insurgit quæstio illa, utrum clerici teneantur servare statuta laicorum, saltem quoad vim directivam? Circa quam vide Tiraq. retract. Lignag. Glossa I. §. I. num. 2. Dueñ. reg. 135. Salzed. ad Bernard. in practic. cap. 55. veri. Ex quibus nonnulla, ante finem. Hyppol. singular. 29. Morla in Empor. inr. sub tit. de legisbus, quæst. 16. Castr. lib. I. de leg. penal. cap. ult. per totum. Sot. de iustitia, lib. I. quæst. 6. art. 7. Marc. Anton. in practic. ecclesiast. quæst. 196. num. 2. ante finem, & quæst. 380. per totam, qui explicat, & modificat nostram quæstionem.**

**Excita iterum ex hoc versiculo. Vtrum clerici teneantur servare leges civiles, seu statuta terrarum, quæ absque præjudicio ecclesiæ sunt edita, ita ut eos ligent, non solum quoad vim directivam? Negat Abbas, & Doctores communiter, in cap. Ecclesia, de constitut. Adducitur textus in cap. ult. ibi. Cum facto, &cœt. de vita, & honestate clericorum, clariss. textus in cap. Constitutus, de in integrum restituit. iuvat textus in cap. Quæ in ecclesiaturum, de constitut. cap. Quod clericis, de foro compet. Bald. in l. Cunctos populos, num. 54. Cod. de summa Trinit. Domin. in cap. I. num. 8. de iur. iur. lib. 6. Dec. in cap. Ecclesia, num. 53. de constitut. In contrarium est Bart. in d. l. Cunctos, num. 29. sequitur Lap. allegat. 81. num. I. Victor. de potestate ecclesiast. sect. 7. pag. mihi 53. num. 4. Sot. in 4. dist. 25. quæst. 2. art. 2. conclus. 4. & ultra omnes vide Tiraq. retractu Lignag. Glossa I. §. I. num. 3. & 4. ubi plures citat, qui quæstionem dirimunt, & explicant Abb. in cap. Quod clericis, de foro compet. num. 1. & 2. Sot. de iustitia, lib. I. quæst. 5. art. 7. Qui regulam ponunt cum suis fallentijs ad quæstionem nostram.**

**In textu, ibi, Electionem laici in suam redigant potestatem.**

**Vtrum laici possint se intromittere in electione Summi Pontificis? Vide quæ notasti supra, in cap. I. dist. 63. & notat Castald. de Imperator. quæst. 99. & 109. per totam, faciunt etiam quæ notavi supra, in principio huius textus, à num. I. & sequentibus. Petrus Grigor. ad Decretal. tit. de elect. cap. 5. à num. 16. Azor in summa, tom. 2. lib. 10. cap. 8. col. 1083. lit. C.**

Bbbb 4 In textu,

**12** In textu, ibi, *Pracecellentissimi Regis*. Varijs titulis, & nominibus solente Reges à multis appellantur, à quibusdam enim cor, & anima populi dicuntur, quia sicut anima, & cor vivificant humanum corpus; ita per Regem vivificatur iustitia, quae est vita, & gubernatio populi, & veluti cor est unum, per quod cætera membra recipiunt unitatem, sic Regnicolæ cum Rege uno debent uniri. Vide Greg. Lopez partit. 2. l. 5. tit. 1. Gloss. 1. in principio. Ex eo enim, quia Rex cor Reipub. sit, inde illi oritur vigilandi semper in publicis, & communibus negotijs obligatio, dum eius subditi, & ministri profundo corundem negotiorum sopore desides, senesq; emergent, unde Iustin. Cef. in Authent. Vi iudices sine quoquo suffragio, in principio, collat. 2. inquit, Non in vanum vigilias ducimus, sed in huiusmodi eas expendamus consilia pernoctantes, & noctibus sub equalitate dierum utentes, ut nostri subiecti sub omni quiete consistant sollicitudine liberatis. Itaque Rex ad similitudinem vigilantissimi naucleri, qui dum navigantes peregrini somno laxantur, ipse affixus clavo navem dirigere, & gubernare debet. Vnde verificatur dictum Apostoli ad Roman. 12. num. 8. Qui præst in sollicitudine, &cœt. & illud Ancagon. ad Elian. de quo Trog. An ignoras fili mi nostrum Regnum esse nobilem servitutem? Sic etiam intelligitur dictum Sponz, Canic. 5. num. 2. Ego dormio, cor meum vigitat.

**13** Ab alijs etiam Reges patres familie, & patris vocantur, nihil enim sunt Regna, quam quædam amplæ, & numerosæ familie, ut inquit Arist. Polit. 1. cap. 1. ad finem, ibi, Omnis enim dominus regitur à seniore, &cœt. Quapropter Plin. in Paneg. nimis extulit Traianum, qui vassallos, & subditos eodem amore, quo paterfamilias filijs suis præst, sic etiam ipse suos subditos moderabatur, & imperabat. Verba Plinij sunt hæc. Cum subditis suis quasi parens cum liberis vivis. Similiter Claud. in Paneg. ad Honorium. Tu civem patremq; geris.

**14** Sic iterum Reges vicarij Dei in temporibus nominantur, ut patet Proverb. 8. Per me Reges regnant. Vnde Homer. Ab Iove sunt Reges. Non tamen illis datur hæc potestas à Deo, ut in suos subiectos rigor, & ira fulmina vibrant, sed ut eos humanitate, benignitateq; sua foveant; nec ut eorum magnificentiam, & superbiam ostentent, sed ut miseros suo patrocinio protegant. Sic similiter dicitur Rex, Canon, regula, & methodos, quia suarum virtutum exemplari regulari debent eius subditi, & vassalli; ita l. Castella 6. tit. 1. part. 2. ubi vide Greg. Nec non sol appellatur, cuius radiorum aspectum non patiuntur, nisi legitimæ aquilæ, ut ait Caſiodor. lib. 7. for. 35. ibi. Aspectum felis nisi clara lumina non

requirant. Quia illi tantum possunt pati radios, quos consistat oculos habere purissimos.

Affimilantur postrem Reges corporum nervis; sicut enim nervi omnium membrorum ligamentum firmant, sic etiam Reges cum Regno simul constituunt corpus quoddam indivisibile, & per ipsum indissolubile. Vnde Senec. lib. 1. de cœlens. pag. mihi 316. ad finem. Ille est enim vinculum per quod Respub. cohæret, ille spiritus vitalis, quem bac tot familia trahunt, nihil ipsa per se separata, nisi onus, & præda, si mens illa subtrahatur. Tadē caput Regni vocatur Rex per legem Castellæ locis supra citatis, quia ut ait Seneca, ubi proximè. A' capite bona valetudo, si etiam à Regis populum diripiatur salus, & sanitas. Multas qualitates, quibus Reges debent ornari, vide per Cœlium Maguntiense, tom. 3. p. 2. cap. 3.

**15** In textu, ibi, *Odoacris*. Hic dum perfectus copiarum Herculorum, & Turinginorum esset (reliqui scilicet Athilanorum exercituum) anno salutis 475. Italiam invasit, vir quidem cui egregij militares spiritus inerant, novarum tamen rerum percupidus, Orestem tunc rerum Ravennæ solus potientem ingenti clade apud Ticinum superavit, eiusq; fratrem Paulum reliquit in præsidio interfecit. Deinde anno à partu virginico 477. occiso item Braachila Ravennæ Comite, securè in illam dominatus est, assumpto Regis nomine, tamen absque purpura, & Regis insignijs Romam profiscitur, ibique magno apparatu exceptus, Romæ, Italique Rex conclamat; eamq; per quatuordecim annorum spatiū summa tyrannide rexit, præcellentissimi Regis titulo insignitus, cuius minit noster textus. Hunc Odoacrum Theodoricus Ostrogothorum Regis filius, Zenonis Augusti auctoritate, continuo prælio insequitur; tandem eum Ravennæ existentem triennali obsidione, fame, sitiq; coegit, ut Ravennam traderet, illa nempè conditione, ut sibi, & filiis eius liceret in columbus abire; assentit Theodoricus, & pace ita firmata Ravennam ipse ingreditur, ubi latro vultu ab omnibus recipitur, & Archiepiscopus loci cum sacris viris illi obvius fit, à suisq; Rex conclamatus. Videret hoc Odoacer vix sustinuit, quem adhuc superstitem relinquere noluit Theodoricus, sed ut scribit Hieronym. Rub. in histor. Raven. pag. 125. in principio, inter convivas cuiusdam cœnæ celebratæ in palatio, quod Hilautum appellabatur, inter Sciphos cum commilitonibus eorum, Odoacer, & filius occisi sunt. Hæc sufficient ad nostri textus intelligentiam, reliqua enim, quæ de Odoacto scire velis, vide per Rube. ubi supra, à pagin. 121. cum sequentibus. Baron. Annal. tom. 6. anno Christi 476. & sequentibus.

In textu,

17 In textu, ibi, Cresconius Tudertina & ecclesia episcopus. Qui fuit vir quidem plenè egregius, & ab Anastasio Papa missus legationis causa ad Anastasium Imperatorem, ut eum revocaret ab heresi, & succurreretur ecclesie periclitanti sub heretico Principe. Exstant epistola legationis apud Baron. qui huius Cresconij meminit, anno Christi 497. à num. 1. & sequentibus.

18 In textu, ibi, Tudertina. Oppidum est Umbriae Mediterraneæ, teste Plinio de historia naturali, lib. 3. cap. 14. vocatum, Tudor, & ideo incolæ eius Tudores, appellantur, vel etiam Tudertini, ex Calepin. novissimo, verbo, Tudor..

19 In § Item Hormisda, post medium, ibi, Predium, sive rusticum, sive Urbanum. De prædijs rusticis, sive urbanis, & de servitutibus eis competentibus, vide l. 1. & sequentes, ff. de servitutibus urbanorum, & l. 1. ff. de servit. prædiorum rusticorum. Sunt itaq; prædia urbana omnia ædificia habitandi causa facta, sive in civitate, sive in villa. Rustica autem prædia sunt, quæ fructuum percipiendum causa sunt; notat præter Turrecremat. hic, num. 9. Cæpol. de servit. urbanor. cap. II. num. 2. & 3. cum alijs; & an navis, seu molindinum prædia urbana sunt: vide Menoch. adipiscend. remedio 3. num. 151. & 152. plures citantem. Tiraq. retrahit. Lignag. §. 1. Glossa 7. num. 89. Cæpol. ubi supra, num. 7. & 8. & qualiter distinguuntur prædia rustica, & an urbana limitibus sunt terminanda, & dividenda, vide Specul. in titul. de emptione, & rendit, à num. 11.

20 In textu, ibi, Ne unquam, & ibi, Alienari liceat. Regula hæc de rebus ecclesiasticis, constat ex toto titulo de rebus ecclesiæ alienandis, & titul. de non alienand. lib. 6. iuncta Clement. I. & 2. Extravag. unica inter communias, eodem tit. Authent. de non alienand. collat. 21. & ibi in utroque istre latissime scripsere communiter sribentes, & præter omnes eam tenet Rebus. in Compendio de alienandis rebus Ecclesia, num. 151. Limitatur tamen, ut non procedat, quando datut evidens ecclesia necessitas, vel utilitas, quo casu licet possunt res ecclesiæ alienari, probat cap. Sine exceptione, 12. quest. 2. ibi. Nisi sit meliora, &c. cap. Cum Apostolica, vers. Ne quis, cap. Tua super, in eodem, vers. De his, quæ sunt à prælatis, cap. 2. de donat. Clement. I. de rebus ecclesiæ. Extravag. ambuliose, eodem tit. inter communias, resolvunt Glossæ, & Doctores utrobique;

Glossa 1. & Doctores, ubi latè Berous in cap. Nulli de rebus eccles. num. 28. & 29. Glossa, verbo, redire, in cap. 1. de in integr. restitut. Glossa 1. Abb. Iwol. & Cardin. in cap. 1. & in dict. cap. Tua, de his. quæ sunt; latè Covar. lib. 2. variat. cap. 17. per totum. Dueū. reg. 120. Menoch. illustrum, lib. 1. cap. 31. num. 15. Menoch. remedio 9. recuperand. à num. 115. cum sequentibus. Gabriel. lib. 3. commun. tit. de rer. eccles. alienat. conclus. 1. per totam. Redoan. de rebus eccles. quæst. 19. num. 26. cum sequentibus. Cardosus, verbo, res, num. 14. ubi plures citat. Riccius in praxi, 1. p. resolut. 383. num. 1. Marc. Anton. in practicab. eccles. quæst. 516. num. 2. ubi addit posse res ecclesiæ in subsidium relocari ei, qui cam deterioravit, & deseruit. Rebus. ubi supra, num. 9. & 34. dicens, in hoc casu absque debitis solemnitatibus posse ecclesiæ alienari; latè Covar. lib. 2. variat. cap. 17. num. 2. qui omnes præscribunt singulas causas, & solemnitates, quibus res ecclesiæ possunt alienari, quos latissimè videre poteris. An autem bona confraternitatū ad similitudinem retum ecclesiasticarum prohibeantur alienari, sine debitis solemnitatibus, vide Marc. Anton. ubi supra, quæst. 606. per totam. Rebus. ubi supra, num. 56.

21 In textu, ibi, Maximus episcopus Blerana. Hic vixit tempore Symmachi Papæ, de quo in nostro textu. Vir fuit doctus, & ideo ad Concilium vocatus, ut animum suum, & votum liberè exprimeret, argumento legis proximè, ff. de his, quæ in testamento delentur, &c. Blerana ecclesiæ præfuit, quæ civitas est Italiz; ut scribit Plinius lib. 3. cap. 5. num. 20. à qua dicti sunt Blerani populi, Cortonensis, & Capenati bus vicini.

22 In textu, ibi, Aut si potuit laicus, &c. Vtrum potestas excommunicandi possit laicis delegari, vide Suar. de censur. disp. 2. sect. 3. num. 8. & 9. ubi fit mentio nostri textus ad propositum, de quo agit, qui optimè ut solet, totam dirimit questionem,

23 In textu, ibi, De me licuit laicolegendarum, iuncto fine, ibi, Ne in exemplum. Collige ex hoc textu, non posse Principem saecularē concedere leges circa spiritualia, cap. Literas, de iuramento calumn. Abb. in cap. Ecclesie sanctæ Matris, de constitut. num. 15. Vtrum leges civiles cohibentes matrimonia per poenas, ut sunt leges, Cod. de secundis nupt. Authent. de raptor. mulier. collat. 9. validæ sint? Negat Andr. in cap. Statutum, de heretic. in 6. Abb. in dict. cap. Ecclesie, num. 20. & Doctores communiter, ex Felin. ibi

## Primā pars Decreti.

342

- num. 59. Corar. de sponsal. 2. p. cap. 3. §. 8. &c de pœnitis impositis matrimonio, vide Gutierr. Canon. lib. 1. disp. 30. num. 21. & disp. 32. sub num. 21. Affirmat Bald. in rubr. de confess. num. 33. Veteres in dict. cap. Statutum, de heretic. in 6. Sot. in 4. diss. 29. quæst. 1. art. 4. column. 4. Alij tandem sectantur distinctionem Glossæ, verbo, certo, in cap. Cum secundum, de heretico. lib. 6. & cum ea transit Guillelm. in cap. Rainuntius, de testam. verbo, cuidam Petro, num. 10. & plures citati à Corar. de sponsal. 2. p. cap. 3. §. 9. num. 2. quos vide, & elige, quod malueris.
- 24 An lex civilis generaliter loquens, nulla facta mentione rerum, seu personarum ecclesiasticarum, abstineat in causis ecclesiasticis, si alijs Canon non repugnet? Tangunt dubium Hostiens. & Doctores, in cap. ultim. de solut. involvunt, per plures columnas Abb. & Bea. in d. cap. Ecclesia, Bart. & alij, in l. Cunctes penitentes, Cod. de summa Trinitat. mille casus multiplicantes Andri. Sycul. ad finem, ibi Abb. in cap. 1. num. 8. de novi operis. Felm. in d. cap. Ecclesia, num. 37. & Dec. ibidem, num. 27. Fortunat. de ultim. finib. illatione 131. plures relati à Tiraq. de primogen. quæst. 44. num. 3. qui omnes pro regula ponunt, quod leges clausæ in corpore iuris communis, quas Imperiales vocant, deficiente Canone obtinent in foro ecclesiæ, quam regulam varie limitant, & ampliant prædicti Autores, quos late videre poteris.
- 25 In textu, ibi, Stephanus Venusia ecclesiæ episcopus. Sic dictus à Venetia urbe, Consilia Dauniorum, & Apulorum, teste Plinio de historia naturali, lib. 3. cap. 11. sub num. 40. Plura de Venusia urbe, vide per Strabon. in Geograph. lib. 5. pag. 172. col. 2. ad finem, num. 50. & lib. 6. pag. 175. col. 1. sub num. 40. qui eam appellat præcipuam urbem, & iudicat Samniticam esse, ubi vide etiam Isaacum Casaubronum, in Commentariis ad eundem Strabonem, pag. 100. column. 1. post principium, verl. Ideo. Viterius de hac civitate, & eius situ, vide Ptolom. Geograph. lib. 3. cap. 1. tabul. 6. pag. 49. ante medianum. Fuisse patriam Horatij Poetæ in confinio Lucaniæ, & Apuleiæ, ex eaq; cognominatus Horatius Venusius; notat Galepin, Inter V.
- 26 In textu, ibi, Laurentius Mediolanensis episcopus. Sanctus à Baron. dicitur, anno Christi 489 num. 14. Hic dum Mediolanensi civitati præcesset, multas adversitates passus fuit à barbaris, quas omnes ingenti animo p. Christi nominis substatuit, ut testatur Ennod. in vita eiusdem, citatus à Baron. ubi proxime, num. 10. Hic idem cum alijs episcopis dicavit Basiliam sancti Petri, & Pauli, quam Victor epis-

copus ex fano Idolorum purgatam convertebat ad cultum Dei Omnipotens; refert Baron. d. num. 14. Deinde convocatus fuit inter ceteros eminentium sedium episcopos, ad Synodum celebratam sub Symmacho Papa; teste Baron. anno Christi 502. num. 3. Plura de nostro Laurentio prosequere cum eodem Baron. supracitatis locis.

In textu, ibi, Petrus Ravenna episcopus. Vir fuit egregiae doctrinæ, epistolam ad Euthichem scriptus, que habetur inter preambulares ad Concilium Calcedonense. At Chronicæ Canoniconum regulare habent cum suis Canonicum regularem, & homiliae scriptissimæ Evangelia, & de sanctis, de quo vide Anton. Possevin. in Apparatu sacr. tom. 2. littera P. pag. 64. ad fin. Hunc Petrum interfusse Synodo Symmachii, de quo supra cum Laurentio, affirmat Baron. d. anno Christi 502. num. 3.

In Glossa, verbo, Mediolanensis. Ergo prærogativam maioris dignitatis arguit, le qui prius in Synodo, notat ad propositum Glossam hanc Gaspar Statius de antiquit. Iusuan. cap. 65. num. 1. Cabid. diversorum iuris argumentorum, lib. 1. cap. 1. num. 3. vers. Quintus Gama decis. 1. num. 1. notabilem eam appellat. Navarr. in cap. Inter verba, præludio 1. num. 1. meminit eiusdem Tiraq. de inter primogenitur. in prefatione, num. 112. & 113.

In Glossa, verbo, Præter, ibi, Causam autem civilem. Vult Glossa Pontifex indistinctè causas omnes spirituales ad forum ecclesiasticum pertinentes, laicis committere possit, episcopi tamen, & similes prælati inferiores, tantum delegare possint causas pecuniarias, & in re civiles, ut p. Glossam similarem, & ibi notata, in verbo, ducibus, in cap. Præter, 32. diss. Vide Roland. cons. 4. num. 14. lib. 1. Glossam, in princip. ibi, Causa pecuniaria, in cap. 2. de indic. Alexand. & Doctores ibidem, in cap. Consilium, de arbitr. sequuntur Doctores in cap. Petras, eodem sit. & abbatis cap. abbat. & Dec. num. 5. Rip. num. 34. in d. cap. 2. Doctores per Glossam, in cap. Causa, 18. de officio delegatio dicitur omnium.

In eadem, quatenus ex caprobat, posse sumum Pontificem delegare laicis iurisdictionem spiritualem. Vide Suan. de censor. tom. 2. disp. 2. secc. 3. num. 10. in fine, Bel Seguram Davilos in Dilect. iudic. ecclesiast. p. 2. cap. 1. num. 2. Sigism. Scacc. in tratt. de indic. p. 1. cap. 11. num. 41. Musc. Anton. Genn. in prædicab. ecclesiast. q. 730. Desian. tract. crim. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 70. præter alios, quos supra reculi ad cap. Præter, diss. 32. num. 15. in secc. 3. cap. 1. lib. 1. cap. 1. num. 17. C A P.

## CAP. Nos ad fidem. II.

## SUMMARY.

- 1 Martianus Imperator, quis fuerit?
- 2 Quomodo ad Imperium ascendit?
- 3 Quo anno cœpit imperare, & quo obiit?
- 4 Nulli licet disputare de fide, animo dubitandi.

**I**N subscriptione, ibi, *Martianus Imperator*. Qui fuit genere Thrax, filius cuiusdam viri rem exercentis militarem, & ideo ad exemplum paterni studij, & emulatione eius vita ad Philippopolim recte se contulit, exercendæ militiae gratia, in eaq; civitate adscriptus est in militem numerum, forte ei proficisci accidit, ut inter viarum angiportus, & anfractus corpus recens occisus invenisset; cui astigit misericordia cōmotus (inerat enim illi; præter alias animi dotes, præcipue hæc) & quia fratri defuncto iusta solvere cupiebat, ideo ibi diu cōmoratus est. Verum, id, noscente populo, fertur ut homicida ad Magistratus Philippopolis. Aprehenso autem Martiano, ei questionem de cœde facta præbent; ac cum coniecuris, & signis plus tribueretur, quam aut veritati, aut verbis Martiani cædem pernegantis; cumq; Martianus iam pœnas homicidæ esset persoluturus; repente divina largiente gratia, apprehensus est ille ipse, qui cædem cōmisit, propter quod facinus capite mulctatur; & Martianus capitib; periculo liberatur. *Quo* circa mirandum in modum erectus discrimine ad quādam militem turbam ibi accolentium venit, cupiens in eorum numerum nomen dare, qui admirantes hominem, & præpotentem fore, certis coniecturis augurantes, libentissimè eum admittunt, inq; suum album referunt, neque ponunt infimo in loco Martianum de more legis militaris; sed ad quendam honoris gradum, quem vir nuper mortuus, cui nomen erat Augustus, obtinuerat, extulerunt; qui item Augustus appellabatur, quod factum videtur, tanquam certissimum augurium futuri nominis, Augusti, quod, priusquam potiretur Imperium, obtinuit. Ita de eo refert *Evagrius* lib. 2. cap. 1. & post eum *Baron.* tom. 6. anno Christi 450. numer. 18.

Post vita functum Theodosium iuniores Imperatorem, tūm ex Senatusconsulto, tūm voluntate sancte Pulcheriae subiit Martianus Imperium. Erat Pulcheria Arcadij Imperato-

ris filia, ex *Baron.* tom. 5. anno Christi 408. num. 2. *Velerian.* *Antropolog.* lib. 23. verbo, *Marianus*, *Statius de antiquit.* *Lusitan.* cap. 21. num. 2. in fin. Sutor ipsius Theodosij, quam ille Augustam creaverat, testante eodem *Baron.* d. tom. 5 anno Christi 415. num. 51. quod exemplum nullo reuero tempore præcesserat, ut Augusta sola habens noderaretur Imperij, ut inquit idem *Baron.* tom. 6. anno 450. num. 17. Quæ iam ætate gravior, ut potè quinquagenaria nata sub Consulatu Theodori, & Eutropij, salubre illud consilium sequuta fuit, ut coniugij nomine virum assumeret ad Imperium ætate maturum, consilio gravem, continentia probatum, atq; militari virtute ubiq; spectatum; quæ omnia necessaria ad Imperium regendum omnino reputantur; & ita sibi in matrimonium adiunxit Marianum, veluti omnibus his, quæ desiderabantur prædictum, ipsa tamen virginitatem inviolabiliter servavit, quam Deo voverat; qua de re nimis laudatur à *Baron.* tom. 6. anno Christi 450. num. 17. & de ea vide eundem *Baron.* ad *Maritolog.* *Roman.* ad diem 10. Septembr. littera I. in quo die Pulcheria, ut sancta celebratur; & ibi plures videbis, qui de ea agunt.

Electus fuit ad Imperium Martianus, anno Christi 450. die ultimo Iulij, aut paulò ante, quod certò non constat; vixit tempore sancti Leonis Papæ. Obiit anno Christi 457. die 26. Ianuarij, Imperij sui sexto anno, & sex mensibus, & duobus diebus, ut refert *Baron.* ex alijs tom. 6. anno Christi 457. num. 1. toto sui Imperij discursu optimè legessit, egregius in omnibus, præcipue in propagatione, & exaltatione catholicæ fidei, exemplum christianissimi Principis præbens, quapropter religiosissimus appellatur à *Baron.* ubi proximè, anno Christi 451. num. 2. *Vvald.* de dignit. Reg. cap. 13. num. 13. cuius summæ laudes, & nimis dignæ recordationis extant, apud eundem, ibidem, anno Christi 457. num. 2. Reliqua, quæ de eo videre poteris, prosequere cum *Baron.* anno Christi 450. num. 17. & sequentibus annis. Meminit præterea nostri textus, quoad dictum Martiantum, *Anton.* in suis *Chronicis*, p. 1. tit. 8. cap. 2. §. 8. post principium, fol. 215. *Pined.* 2. p. monarch. lib. 12. cap. 3. §. 8. ante finem.

In Glossa, verbo, *Inventa.*

Ait Glossa, non posse disputari de fide dubitando, & cum animo improbandi illam, quæ disputatio est omnino illicita, & heretica, si ad sit pertinacia; similis Glossa ultim. in cap. Cum quibus, 24. quest. 3. D. Thom. 2.2. quest. 10. art. 7. in corpore. D. Antonin. 2. p. tit. 12. cap. 2. §. 2. & est de mente omnium, secundum quam procedit textus in L. Nemo, Cod. de summa Trinit. iuxta verba, & rationem illius, ut bene intellexit D. Thom. ubi proximè, ad 2. Villadiego de heretic. pravitat. quest. 21.